


PVBLII VERGI
LII MARONIS PARTHENIAE MAN
tuani opera, post omnes omnium editiones nunc demum re- (1)
uisa, & emaculatioꝛa reddita. *R-10523*

ÆLII ANTONII
NEBRISSENSIS EX GRAMMATI-
co & Rhetore Regis Historiographi in eadem Ecphrases ad
modū familiares, & vel rudibus tyꝛūculis ad intelligēdū facil.
lime, nuperrime excussæ, & ab iniuria obliuionis vindicatæ.

Quæ omnia ita correctæ & eliminatæ prodeunt, vt (absit Ne-
mesis verbo) ne punctum, coma, seu interrogatiuncula cum
in textu, tum in commento deficiat.

Aethereū quicūq; cupis cognoscere regnū:



Ex his difficilem tu tibi sume viam



APVD INCLYTAM GRANATAM
ANNO. M. D. XLVI. Mense Aprili.

Del Collegio de la Compañia de Jesus de granada

PVBLII VERGI
LII MARONIS PARTHENIAE MAN
 tuani opera, post omnes omnium editiones nunc demum res (1)
 uisa, & emaculatiōra reddita. *R-10523*

ÆLII ANTONII
NBRISSENSIS EX GRAMMATI
 co & Rhetore Regis Historiographi in eadem Ecphrases ad
 modū familiares, & vel rudibus tyrculis ad intelligēdū facil.
 limē, nuperrime excussæ, & ab iniuriā obliuionis vindicatę.
 Quæ omnia ita correctā & elimata prodeunt, vt (absit Ne
 mesis verbo) ne punctum, coma, seu interrogatiuncula cum
 in textu, tum in commento deficiat.

Aetherū quicūq; cupis cognoscere regnū:



Ex his difficilē tu tibi sume viam



APVD INCLYTAM GRANATAM
ANNO. M. D. XLVI. Mense Aprili.

Del Collegio de la Comsa de Jovus de Granada

Si daret huic formæ vitam sic Iuppiter, vt tu



Grammaticæ Antoni, viueret effigies,

DE EIVSDEM ANTONII NEBRISSE. ET ALIORVM CARMINA
nōnulla ex ijs, quæ in imaginis ac illius artificū laudē scripta reperiūtur.

Fabianus Nebriss. Antonij. F.

Antoni effigie Rhinconus pingere nuper
Dū parat arte quidē magnus uterq; sua.
Viderat hos paritē mūdi spectacula Pallas:
Et dubitat cuius gloria prima foret.
Atq; ait: iste manu mortales vincat, & ille
Ingenio cūctos: sint tamē ambo pares.

Antonius ipse,

Quod solū poterit uenturi iudicis ira,
Cū mihi me reddet, magne Philippe facti.
Iō speculū, nō unda silēs, nō læue metallū,
Sphæugites ue lapis sic simulachra refert.
Quod deo oīparēs potuisset fingere solus:
Hoc mihi me reddēs perficis arte tua.

Eiusdē salutatio ad imaginē,

Antoni salue, quo non mihi charior alter:
Siue sit is natus, siue sit ille parens.
Cum mecū uiuas, & ulxeris a genitura:
Nunq̄ uise mihi, siue uldēdus eras. (rūt:
Q' d' natura potēs, genitor, genitrixq; nega
Hoc opifex magnus reddidit arte sua.

Sebastianus Nebriss. Antonij. F.

Qui cupis ignotū Antoni cognoscere uultū.
Aspice tā simīlē, quam fuit ipse sibi.
Peniculo Rhincō pinxit, & aloq; Philippus:
Germanus molli finxit at ille luto.
Sed tādem gladio nūc mira Antonius arte,
Quod pressum ceruis: scissile fecit opus.

XANTI NEBRIS SENSIS IN COMMENTA

rios Antonij Nebrissensis patris sui in
Vergiliū ad rudem tyrunculo
rum pubem Præfatio.



VM DIV EQVI
dem, multumq; mecū can
didissimi iuuenes relucta
tus essem, vtrū ANTONII
Nebrissensis patris mei cō
mētaria & scholastica que
dā scholia, & (vt ipse ope
ri titulum indidit) Ecphra
ses in Bucolica, Georgica,
ac Maronis toto orbe ce
leberrimi poetæ Aeneida excuderem, prelo que commit
terem: hinc enim ingratus videbar, si eas æterno silen
tio, perpetuisq; tenebris damnare vellem, illhinc iniurius
in defuncti patris manes existimari possem, si illius nœ
nias, quas ipse in domesticorum scholasticorum vsum ac
commodum luserat, ego nullo habito pudore in vulgus
emitterem, ne dicam prostituere: tandem mihi inter
tam varias cogitationes, quidnam potissimum facerem,
deliberanti, hæc potior sententia visa est. Vt mallet, de
patris mei vmbris male mereri, quā in studiosam iuuenē

PRAEFATIO.

tutem, vel in re tantilla, ingratus cenferi. Quod si quis apud superos patris mei de hac commentariorum editione sensus esse posset, ausim affirmare illum gauisurum, (is erat illius in studiosos adolescentes amor, ac affectus) & etiam libentissimo animo passurum, vt vel cum nominis sui iactura tyrunculorum bene nata ingenia, quātum fieri posset, iuuarentur. Non tamen inficias ierim, plus gratiae glossemata haec initura, si eo illo tempore, quo ipse scripsit, publicata forent, quam hoc saeculo, in quo iam non solum in Vergilium, verum etiam in omnes poetas innumerā interpretationes cotidie in lucem non sine magno studiosorum fructu prodeunt. Praecipue tamen in hunc diuinum vatem tot enarrationes tam veterum, quā recotericorum circumferuntur, vt nihil iam videretur ad huius poetae enucleationem ab eius sectatoribus desiderari posse. Nam, vt omittam vetustissimorū grammaticorum commentaria, quae ad nos temporum iniuria non peruenerunt, qualia fuerunt Iginī, de quibus Gellius aliquid in locis meminit, Urbani atq; aliorum, quorum nomina in Seruianis commentarijs sparsim citata legimus; certe extat adhuc Probi commentariolus in Bucolica simul & in Georgica per breuis ille quidem, sed quē possis verbolis aliorum expositionibus antepone. Aelij Donati commentaria, de quibus Hieronymus aduersus Ruffinum scribens mentionem fecit, temporum culpa iam interciderunt: nam fragmenta quaedam arguta sane cuiusdam Donati, quae vulgo manibus teruntur, nō sunt illius Aelij, sed lōge alij Tiberij pronomine, cuius etiam

Iginus.
Gellius.
Urbanus.

Probus.

Aelij Donati.

Tiberius.
Donatus.

PRAEFATIO.

arbitror libellum de Vergilij vita esse, cum illius libelli stylus Aelij Donati (vt Valla in opere de reciprocatio- ne sui & suus annotauit) phrasim minime subleat. Quae quidem commentaria antea lacera & manca, nunc iam prope integra circumferuntur, mirarum profecto argu- tiarum plena, & sine quibus, mirificum illud poetae arti- ficium recte percipi posse, haud credam. Seruij Mauri vberimas enarrationes consulto praetereo, vt pote qui sciam, nemini non esse in ore, illud tamen non tacebo; eas a Roberto Stephano egregie nunc restitutas, & ad pristinum candorem repositas. Hos sequitur Christo- phorus Landinus, qui & ipse nōnulla per acute in Ver- gilium commentus est. His additur Antonius Mancinellus, qui diligenter aliqua exposuit. Domitium Calderinum ideo non nomino, quia is duntaxat in opuscu- la scripsit. Fuit & Zona grammatista quidam, homo meo iudicio dignus, cuius ossa ab omnibus musarum cul- toribus lapidibus peterentur: quem non puduerit, for- didis suis nugis diuini vatis Bucolica & Georgica con- taminare, tam alienus a Vergiliano intellectu, quam foedae barbarici proximus. Hos subsequutus est Badius Ascensius, cuius interpretamenta patris mei Ecphrasibus posteriora fuerunt tempore, quamuis publicatione prio- ra. Post suas in Vergilium castigationes edidit Ioan- nes Pierius Valerianus, vir in veterum marmorum in- scriptionibus euoluendis non postremae notae. Omnium vltimus Iodocus Vuilichius hac tempestate scholijs do- ctissimis opus hoc illustrauit, Philippum Melanctho-

Vergilij
vita cuius
Donati sit

Seruius.

Robertus
Stephanus.
Christo-
phorus Landinus.

Antonius
Mancinellus.
Domitius
Calderinus.
Zona v. r.
gilij cora-
minator.

Ascensius.

Pierius Valerianus.
Iodocus
Vuilichius.
Philippus
Melanctho

PRAEFATIO.

Antonius Goucau? nem, Antonium Goueanum, & alios huius farinae viros ideo prætereo, quia ij, Vergilij castigationi duntaxat incumbentes, nullas in eum commentationes composuerunt. Sunt alij docti viri, quorum in hunc authorem vigiliæ propediem in publicum exhibunt. Accedant ergo tantorum virorum lucubrationibus Ecphrases hæc, non omnino contemnendæ, præcipue si quo animo eas autor scripserit, attendatur. Scio tamen liuidulos quosdam futuros, qui dicant, nos actum egisse, oleumque & operam perdidisse: nam si eo animo glossam hanc euulgauimus, vt rei literariæ adolescentibus optime esset consultum, obijcient nobis Badianos commentarios, in quibus satis copiose literæ structura explicatur, adeo vt etiã pueris labor hic non admodum necessarius videretur. His hoc sit responsum: In Ascensianis illis enarrationibus licet verbosioribus non tam apposite poetæ mentem expositam esse, vt in his nostris: præterea multa esse hic longe rectius enucleata, quam illhic, quamuis commentaria hæc illis fuerint tempore (vt dixi) priora. Ad hæc Badius interdum in media textus elucidatione aut philosophatur, nolo dicere quam inepte, aut Philippi Beroaldi amarulentias in Seruium interserit, aut Politiani, aut Macrobij, aut Gellij, aut Criniti annotationes in fasciculum redigit, deniq; multis in locis longiunculis digressionibus vtitur: quod quã dānosum sit pueris, nemo non videt. At in his nostris nihil tale est, sed perpetuo filo carmina omnia perstringuntur. Quod si autor ipse vellet omnia exacte prosequi, doctisq; hæc non

Antonius Nebrissen sis.

Nebrissen sis Ecphrases utilis res pueris esse Ascensianis commentis. Ascensius notatur. Philippus Beroaldus. Pollitianus. Macrobius Gellius. Crinitus.

PRAEFATIO.

pueris scribere curaret, non minora, quam alij, ad huius poetæ cognitionem afferret. Satis id demonstrant alia illius opera, testabunturq; linguæ latinæ commentaria ab eodem autore condita, quæ propediem Deo optimo maximo fauente in lucem edemus, quamuis ex ijs quæ euulgata sunt, plus satis id posteris manifestum fore credimus. Hæc in patris cōmendationem nō ideo dixi, vt ipsi si aliqua fiat laudis accessio, nec enim ad oreis meis ille indiget, vino enim vendibili hēdera appensa non est opus: sed vt subsannatoribus quibusdam respōderem. Qui cū per se parum valeant, tamen alienæ laudi invidentes, veluti fuci apibus, aliorum labores genuino rodere dente nō cessant. Id etiam in hac editione, vt melius tyrunculoꝝ rum labori consuleremus, fieri curauī, vt præter maximam in codicis castigatione adhibitam diligentiam textui in vna quaq; pagina superius posito Ecphrases inferiorius apposita corresponderet: ita vt ab eodem carmine, in quo textus inciperet, & in eodem, in quo finiret, expositio ipsa initium & finem caperet. Hæc sunt cādidi iuuenes, q̄ vos latere nolui.

Valete ex officina nostra typographica. Anno a Virgineo partu milleimo quingentesimo quadragesimo sexto primo die calēdas Aprilis.



Lingua Latina commentaria ab Antonio Nebrissen si condita propediem edenda.



IN EXPONENDIS AVTHORIBUS hæc consideranda sunt, Vita poetæ, Titulus operis, Qualitas carminis, Scribentis intentio, Numerus librorum, Ordo librorum, Explanatio. Vergilij vita hæc est. Natus est patre figulo, matre Maia: civis Mantuanus, quæ civitas est Venetiæ. Diversis in locis operam literis dedit. Nam & Cremonæ, & Mediolani, & Neapoli studuit. Adeo autem verecundissimus fuit, ut ex moribus cognomen acceperit. Nam dictus est Parthenias, omni vita probatus. Vno tamen morbo laborabat: nam impatiens libidinis fuit. Primum ab hoc distichon factum est in Balistam latronem: Monte sub hoc lapidum tegitur Balista sepultus, Nocte dieque tuum carpe viator iter. Scripsit etiam septem siue octo libros hos, Cariniam, Aetnam, Culicem, Priapeam, Catalecton, Epigrammata, Copam, Diras. Postea ortis bellis civilibus inter Antonium & Augustum, Augustus victor Cremonensium agros, qui pro Antonio senserant, dedit militibus suis, qui cum non sufficerent, his addidit agros Mantuanos sublatos non propter civium culpam, sed propter vicinitatem Cremonensium. Vnde ipse in Bucolicis: Mantua vix misere nimium vicina Cremonæ. Amisissis ergo agris Romam venit, & usus patrociniis Pollionis & Mecænatiss, solus agrum, quem amiserat, meruit. Tunc ei proposuit Pollio, ut carmen Bucolicum scriberet, quod eum constat triennio scripsisse, & emendasse. Item proposuit Mecænas Georgica: quæ scripsit, emendavitque septem annis. Postea ab Augusto rogatus Aeneidem propositam scripsit annis undecim, sed nec emendavit, nec edidit. Vnde eam moriens præcepit incendi. Augustus vero, ne tantum opus periret, Tuccam & Varum hac lege iussit emendare, ut superflua demerent, nihil adderent tamen: unde & semiplenos eius invenimus versiculos: ut, Hic currus fuit. Et aliquos detractos, ut in principio, Nam ab armis non incepti: Sed sic,

Ille ego, qui quodam gracili modulatus avena
Carmen: & egressus sylvis vicina coegi,
Ut quamvis auido parerent arua colono,
Gratum opus agricolis: at nunc horrentia Martis
Arma, virumque cano.
Et in secundo hos versus constat esse detractos,
Aut ignibus ægra dedere.
Iamque adeo super vnus eram, cum limina Vestæ
Seruantem, & tacitam secreta in sede latentem
Tyndarida aspicio. &c. vsque ad illum locum.
Talia iactabam, & furiata mente ferebar,
Cum mihi se, non ante alias. &c. Hæc Servius.
A quo non puduit Maronis vitam mutuari, utpote veriore,
& breviorē, quod si cui hæc succincta Mauri Seruij verba non
facient satis, is libellum, quem de Vergilij vita, Donatus edidit,
evolvat, ibi multa de Virgilio ad saturitatem & stomachum vsque
lecturus. Hoc etiam veluti coronidem adijcere volumus: Variam
fuisse contentionem inter plerisque eruditissimos viros nostræ
tempestatiss, nec eam vnquam definitam, sed adhuc sub iudice
litem pædere. Vergilius ne per .E. an potius per .I. sit dicendum.
Nam Angelus Politianus incomparabilis eloquentiæ vir in
Miscellaneorum Centuria prima, quam vnicam vidimus, capite
septuagesimo septimo pro aris & focis contendit, Vergilium
per .E. potius, quam Virgilium per .I. debere dici. Cui velut
ex diametro pugnans Ioannes Pierius Valerianus vir antiquarum
inscriptionum curiosissimus indagator refragatur, ac validioribus
argumentis illi os comprimit, super illo quarti Georgicorum
libri carmine: Illo Virgilium me tempore dulcis alebat
Parthenope. Nos tamen in huius codicis excussione modo
hoc, modo illud observavimus, nec eorum vlli nos addiximus.

Quid Bucolica, & unde dicta.

PRAENOTAMENTA.

Romam venit, & potētium fauore meruit, vt agrum suū solus reciperet. Ad quem accipiēdum profectus, ab Ario centurione, qui eum tenebat, pene est interemptus, ni se praecipitasset in Minciū. Vnde est allegoricus: Ipse aries etiā nunc vellera siccet. Postea ab Augusto missis Triū viris, & ipsi integer ager est redditus, & Mantuanis pro parte. Hinc est, quod eū in prima Ecloga legim⁹ recepisse agrū, postea eū querelantē inuenimus, vt: Audieras, & fama fuit: sed carmina tātū Nostra valēt Lycida tela inter Martia, quantū Chaonias dicūt aquila veniēte colūbas. Nec numerus hic dubius est, nec ordo librorū. Quippe cū vnus sit liber, de Eclogis tantū dubitant, q̄ licet. x. sint, incertum tamen est, quo ordine scriptae sint. Pleriq; duas certas volūt ipsius testimonio: vltimam: vt, Extremum hunc Arethusa mihi; & primam, vt in Georgicis, Tityrete cecini patulae sub tegmine fagi. Alij primā illā volunt, Prima Syracusio dignata est ludere versu. Sed est sciēdū .vij. Eclogas esse meras rusticas: quas Theocritus. x. habet. Hic in tribus a Bucolico carmine, sed cū excusatione, discessit: vt in Genethliaco Salonini, & in Sileni Theologia; vel vt ex infertis altioribus rebus posset placere: vel quia tot varietates implere nō poterat. Poetę vitā superius diximus. Operis explanatio in sequentibus cōprobabitur. Sane sciēdū Virgiliū. xxviij. annorū scripsisse Bucolica. Vnde etiā ipse in fine Georgicorū: Audaxq; iuuetā, Tityrete patule cecini sub tegmine fagi. Et dicit Donatus (quod etiam in poetę memorauimus vitā) in scribēdis carminibus naturalē ordinem secutum esse Virgilium.

Vergili⁹.
xxviij. ma.
Pauli Bli
colu a scri
psit.

PRAENOTAMENTA.

Primo enim pastoralis fuit in montibus vita, post agriculturæ amor: inde bellorum causā successit. Notandum quoque Bucolica, vel Georgica cum apud Græcos in fine habeant accentum: apud nos in tertia a fine habere. Nā vt in vltima sit latinitas vetat: vt in penultima nō sit breuitatis efficit ratio. Etiam hoc sciēdum, & personarū huius operis ex maiori parte nomina de rebus rusticis habere cōficta: vt Melibœus, *ὅτι μέλει αὐτῷ τῶν βοῶν*, *Melibœ⁹.* id est, quod curam gerit boum. Et Tityrus. Nam Latronum lingua Tityrus dicitur aries maior, qui gregem anteire consueuerit: sicut etiam in comœdijs inuenimus. Nam Pamphilus, est totus amans. Glycerium, quasi dulcis mulier. Philumena, amabilis. Personæ, sicut supra dixi, rusticæ sunt, & simplicitate gaudentes. Vnde nihil in his vrbānum, nihil declamatorium inuenitur, sed ex re rustica sunt omnia, negotia, comparationes, & si qua sunt alia. Hinc est quod annos a fructibus computat: vt, Post aliquot mea regna videns mirabor aristas. Hinc etiam illæ comparationes sunt: Nam neq; me tantum veientis tibilus austri, Nec percussa iuuant fluctu tam littora, nec quæ Saxosas inter decurrunt flumina valles. Hæc a Seruio mutuo sumpsimus, ne videremur frustra noua quærere, aut superbe inuenta contemnere. Quod etiam in sequentibus efficiemus, nec enim dignamur ex tam erudito grammatico ea, quibus nobis opus est, commodato accipere.

Melibœ⁹.

Tityrus.

Pamphilus.
Glyceriū.
Philumena.

Quid Georgica, & vnde dicta sint.

IN VERGILIVM



VERGILIVS IN OPERIBUS suis diuersos est secutus poetas: Homerum in Aeneide: quem licet longo interuallo, secutus est tamen: Theocritum in Bucolicis, a quo non longe abest: Hesiodum in Georgicis, quem pernitus reliquit. Hic autē Hesiodus fuit de Ascra ciuitate, qui scripsit ad fratrem suū Persem librū, quem appellauit *ἔργα καὶ ἡμέρας*, id est, opera & dies. Hic autem liber continet, quemadmodum agri, & quibus temporibus sint colendi: cuius titulum transferre noluit: sicut Bucolicorum transtulit: sicut Aeneidē appellauit ad imitationē Odyssæ, & tamen per periphrasim primo exprimit versu dicens, indicabo quo opere, & quibus temporibus ager colendus sit. Ingenti autem egit arte, vt potentiam nobis sui indicaret ingenij coarctando lata, & angustiora dilatando. Nam cum Homeri & Theocriti prolixitatem in breuitatem collegerit: vnum Hesiodi librum in quatuor diuisit: quod ratione non caret. Nam omnis terra (vt Varro etiam docet) quadrifariam diuiditur. Aut enim aruus est ager, id est, sationalis, aut cōsitus, id est, satus arboribus, aut pascuus, qui herbis tantū & animalibus vacat: aut florens, in quo sunt horti apibus congruentes & floribus. Male autem quidam asserunt Georgicorū duos tantum esse libros: dicentes Georgicā esse scilicet *ἡν ἔργον*, id est, terræ operam: quam duo primi continent libri: nescientes tertium & quartum licet Georgicā non habeant, tamen ad vtilitatem rusticam pertinere. Nam

PRAENOTAMENTA.

& pecora et apes habere, studij est rustici: licet possumus agriculturam etiam in his duobus sequētibz inuenire. Nam farrago sine cultura non nascitur: & in hortis colendis non minorem, quam circa terras, constat impendi laborem. Et hi libri, Didascalici sunt. Vnde necesse est, vt ad aliquem scribantur, nam præceptum & doctoris & discipuli personam requirit. Vnde ad Mecænatem scribit, sicut Hesiodus ad Persem, Lucretius ad Mēmiū. Sane agriculturæ huius præcepta non ad omnes pertinent terras, sed ad solum situm Italiæ, & præcipue Venetiæ, teste ipso Virgilio, qui ait: Tibi res antiquæ laudis, & artis ingredior, cum de Italia diceret.

Quid Aeneis, & vnde dicta.



ITVLVS EST AENEIS: deriuatum nomen ab Aenea, vt a Theseo Theseis. Sic Iuuenalis: Vexatus toties rauci Theseide Codri. Qualitas carminis patet: nam est metrum Heroicum: actus mistus: vbi & poeta loquitur, & alios inducit loquentes. Est autē Heroicum, quod constat ex diuinis humanisque personis: continens vera cū fictis. Nam Aeneam ad Italiam venisse manifestum est: Venerem vero locutam cum Ioue, missum ve Mercurium, constat esse compositum. Est autem stylus grandiloquus, qui constat alto sermone, magnisque sententijs. Scimus enim tria esse genera dicēdi, humile, mediū, grandiloquum. Intētio Vergilij hæc est, imitari Homerum,

PRAENOTAMENTA.

& Augustū laudare a parentibus. Nāq; est filius Actiē,
 quæ nata est de Iulia sorore Cæsaris. Iulius autem Cæsar
 a Iulio filio Aeneæ originem ducit, vt cōfirmat ipse Vir-
 gilius: A magno demissum nomen Iulo. De numero li-
 brum nulla hic questio est, licet in alijs inueniatur autho-
 ribus. Nam alij dicunt Plautum .xxi. scripsisse fabulas,
 alij .xl. alij centum. Ordo quoq; manifestus est, licet qui-
 dam superflue dicant secūdum librum, primum esse: ter-
 tium secundum: etiā primum tertium: ideo quia pri-
 mo Ilium concidit: post errauit Aeneas: inde ad Didonis
 regna peruenit: nescientes hanc esse artem poeticam, vt a
 medijs incipientes per narrationem, ad prima redeamus,
 & nonnunquam futura præoccupemus: vt per vaticina-
 tionem. Quod etiā Horatius præcipit in arte poe-
 tica: Vt iam nunc dicat, iam nunc debentia dici:
 pleraq; differat, & præsens in tempus omit-
 tat. Vnde constat perite fecisse Virgiliū.

Sola superest explanatio, quæ in se-
 quenti expositione probabi-
 tur. Hæc, quantum ad
 Aeneidem pertinet,
 dixisse sufficiat.



P. VERGILII MA-

RONIS PARTHENIAE MAN-

tuani Bucolicon liber ad. C. Asinium

Pollionem Consulari digni-
 tate fulgentem.

Aegloga prima dicta Tityrus.

Collocutores Amici.

MELIBOEVUS TITYRVS.



TITYRE, TV PATVLAE RE-

cubans sub tegmine fagi,

Siluestrem tenui musam meditaris auena:

Nos patriæ fines, & dulcia linquimus arua.

Nos patriā fugim⁹: tu Tityre læt⁹ in vmbra

Formosā resonare doces Amaryllida syluas.

T. O Melibœe deus nobis hæc oia fecit:

Nāq; erit ille mihi semper deus, Illius aram

Sæpe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus.

Ille meas errare boues (vt cernis) & ipsum

Ludere, quæ vellem, calamo permisit agresti.

M. AELII ANTONII NEBRISSENSIS IN VERGILIVM.

¶ Ecphrasis.

Tityre. Introducuntur duo pastores, Tityrus per quem intelligitur Ver-
 gilius agro suo restitutus, & Melibœus ab agro suo in exilium pulsus, quæ
 sic Tityrum alloquitur. O Tityre tu recubans sub tegmine fagi patula medita-
 ris. i. canis musam siluestre. i. cantū auena tenui. i. stilo humili. Nos reliqui ciues
 linquimus fines patriæ & arua dulcia, & nos fugimus patriam, idest exulamus,
 sed tu o Tityre lentus, idest piger in vmbra doces siluas resonare per vocis reper-
 cussionem Amaryllida formosam. Respondet Tityrus. O Melibœe deus, idest
 Augustus fecit nobis hæc oia. Nāq; ille erit mihi deus semper, idest dum vī-
 uit & post mortē. Et agnus tener ab ouilibus nostris. i. non alius imbuet. i.
 maculabit sanguine sæpe arā illius. Ille inquit Cæsar permisit boues meas erra-
 re. i. pasci (ut uides) & permisit me ipsum ludere. i. canere calamo agresti quæ uelle.

A

M. Non equidem inuideo, miror magis, vndiq; teu.
 Vsq; adeo turbatur agris, en ipse capellas
 Protenus æger ago: hanc etiam vix Tityre duco:
 Hic inter densas corylos modo nancq; gemellos,
 Spem gregis, ah silice in nuda connixa reliquit,
 Sæpe malum hoc nobis, si mens non læua fuisset,
 De cælo tactas memini prædicere quercus,
 Sæpe sinistra caua prædixit ab ilice cornix,
 Sed tamen, iste deus qui sit, da Tityre nobis.

Ab sine a-
 spiratione
 ex Probi
 sententiis.

T. Urbem, quam dicunt Romam, Melibœe putavi
 Stultus ego huic nostræ similem: quo sæpe solemus
 Pastores ouium teneros depellere foetus,
 Sic canibus catulos similes, sic matribus hædos
 Noram, sic paruis componere magna solebam,
 Verum hæc tantum alias inter caput extulit vrbes;
 Quantum lenta solent inter viburna cupressi.
 M. Et quæ tanta fuit Romam tibi causa videndi?
 T. Libertas: quæ sera, tamen respexit inertem.

Hædos a-
 lias agnos.

¶ Ecphrasis.

Equidem ait Melibœus nõ inuideo, sed magis miror usq; adeo turbamur. i. deijce-
 mur vndiq; totis agris. En ego ipse æger. i. tristis ago protenus. i. a longe capellas.
 O Tityre uix duco hanc, & digito ostēdit. Nāq; cōnixa modo in nuda silice,
 ah dolentis est reliquit hic inter densas corylos gemellos hædos. appo. spē gregis.
 Si mens nra non fuisset leua in iudicando ego memini quercus tactas de cælo. i. ful-
 minatas prædicere sæpe hoc malū nobis. Sed tñ o Tityre da. i. dic nobis quis sit iste
 tuus deus. Cui Tityrus. O Melibœe ego stultus putavi urbē quā dicūt Romā
 similē huic nræ. i. Mantuæ, quo. i. ad quā nos pastores ouīū solemus depellere foæ-
 tus tenues. i. hædos. sic ego norā. i. cognouerā catulos filios canū similes canibus
 quātū ad magnitudinē. & norā componere hædos filios caprarū matribus, & sic
 solebā componere. i. comparare magna paruis. Verū sed hæc vrbs Roma tantū
 extulit caput inter alias vrbes, quantū cupressi solēt supple efferre caput inter ui-
 burna, idest uimina lenta, idest flexibilia. Querit iterum Melibœus. Et quæ
 tanta fuit causa tibi uidendi Romam? Cui Tityrus. Libertas supple fuit cau-
 sa, quæ quamquam sera tamen respexit me inertem, sera inquam, postquam barba

Candidior postquam tondenti barba cadebat:
 Respexit tamen, & longo post tempore venit.
 Postquam nos Amaryllis habet: Galatea reliquit,
 Namq; fatebor enim, dum me Galatea tenebat:
 Nec spes libertatis erat, nec cura peculi.
 Quamuis multa meis exiret victima septis,
 Pinguis & ingrata premeretur caseus vrbi,
 Non vnquam grauis æte domum mihi dextra redibat.
 M. Mirabar quid mœsta deos Amarylli vocares,
 Cui pendere sua patereris in arbore poma,
 Tityrus hinc aberat, ipse te Tityre pinus:
 Ipsi te fontes, ipsa hæc arbuſta vocabant.
 T. Quid facerem: neq; seruitio me exire licebat,
 Nec tam præſentes alibi cognoscere diuos.
 Hic illum vidi iuuenem Melibœe, quotannis
 Bissenos cui nostra dies altaria fumant.
 Hic mihi responsum primus dedit ille petenti,
 Pascite, vt ante, boues pueri: summittite tauros.

Me alias
 mi.

Primus a-
 lias primū

¶ Ecphrasis.

¶ Candidior, quia Tityrus iam scior erat, cadebat tondenti. i. ad tonsoris pedes.
 Respexit inquā: et uenit post lōgo tēpore. s. postq; Amaryllis habet nos & Gala-
 thea reliquit nos. nā utraq; fuit sibi amica. Nāq; fatebor enim dū Galatea tene-
 bat me, neq; erat mihi spes libertatis: neq; cura peculij. i. parui pecoris,
 Hispanæ peguial. Et quis multa uictima pinguis exiret a meis septis. i. ouilibus.
 & caseus premeretur vrbi ingrata: idcirco non unq; i. nunq; dextra redibat mihi do-
 mū grauis æte. i. pecunia. Mirabar inquit Melibœus quid tu o Amarylli mœsta uo-
 cares deos. et mirabar cui tu patereris poma pēdere in sua arbore. causa erat, quod
 Tityrus aberat hinc. ideo o Tityre ipsæ pinus, & ipsi fontes, et hæc ipsa arbuſta
 i. arbores uocabant te. Ad hæc Tityrus inquit. Quid facerē. i. poterā facere, neq;
 enim licebat me exire seruitio quia erā conductus: nec licebat cognoscere diuos tā
 præſentes. i. propicios alibi. i. Romæ. O Melibœe ego uidi hic illum iuuenem. i.
 Augustum: cui nostra altaria fumant propter sacrificia bisseños dies. i. duodecim
 quotannis idest singulis annis, quasi dicat uno die quolibet mense. O Melibœe
 ille primus dedit mihi responsum hic, idest Romæ petenti, idest cum peterem.
 O pueri pascite boues, ut ante pascēbatis, & submitte. s. ad prolem tauros.

BUCOLICORVM.

descriptio
ruris Ver
giliani.

SACROS FO
ntes.

M. Fortunate senex, ergo tua rura manebunt,
Et tibi magna satis, quamuis lapis omnia nudus,
Limosoq; palus obducatur pascua iunco:
Non insueta graue tentabunt pabula foetas,
Nec mala vicini pecoris contagia ledent.
Fortunate senex, hic inter flumina nota,
Et fontes sacros, frigus captabis opacum,
Hinc tibi, quæ semper vicino ab limite sepes
Hybleis apibus florem depasta salicti,
Sæpe leui somnum suadebit inire susurro,
Hinc alta sub rupe canet frondator ad auras,
Nec tamen interea rauca, tua cura, palumbes,
Nec gemere aëria cessabit turtur ab ulmo.
T. Ante leues ergo pascentur in æthere cerui:
Et freta destituent nudos in litore pisces,
Ante, pererratis amborum finibus, exul
Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim,

¶ Ecphrasis.

¶ Admiratur Melibœus Tityri foelicitatē dicens. O senex fortunate ergo tua rura manebunt tibi, & satis magna, quæ lapis nudus. i. sine herbis, & palus obducatur oia pascua, i. tegatur iunco limoso. i. qui in limo nascitur. pabula non insueta, immo assueta tentabunt. i. habebunt foetas oues graues propter foetum, nec mala contagia pecoris vicini ledent. O senex fortunate tu captabis. i. capies frigus opacum. i. ab umbra, hic inter flumina nota & fontes sacros. hinc. i. ab alia parte, subaudi erit sepe tibi a limite vicino, quæ sepes depasta florem salicti ab apibus hybleis. i. ficulis suadebit. i. inducet te inire somnum susurro leui, id est apium murmure. Hinc id est ab alia parte. frondator. i. frondium putator canet ad auras subalta rupe. Nec tamen palumbes torquatae rauca, quia raucum habent sonum apposi. tua cura cessabunt gemere. nec turtur etiam cessabit gemere ab ulmo aëria, id est alta. Ergo quia sic est. Ante. i. prius ait Tityrus continget oia naturæ impossibilia. i. leues cerui pascentur in æthere. i. caelo uel aere. Et freta destituent. i. relinquent pisces nudos, quia extra suum elementum in litore. i. parte finitima ipsi mari. Ante quoq; aut Parthus exul bibet Ararim, id est qui est a Mesopotamia bibet fluium Germaniæ. aut Germania exul bibet Tigrim fluium Armeniæ.

AEGLOGA PRIMA:

Fo. iij.

Quam nostro illius labatur pectore vultus.
M. At nos hinc alij sitienteis ibimus Afros;
Pars Scythiam & rapidum Cretæ veniemus Oaxen,
Et penitus toto diuisos orbe Britannos.
En vnquam patrios longo post tempore fines,
Pauperis & tuguri congestum cespite culmen,
Post aliquot, mea regna videns, mirabor, aristas,
Impius hæc tam culta noualia miles habebit:
Barbarus has segetes: en quo discordia ciues
Perduxit miseros: en queis consequimur agros,
Insere nunc Melibœe pyros: pone ordine vites,
Ite meæ, quondam foelix pecus, ite capellæ,
Non ego vos posthac viridi proiectus in antro,
Dumosa pendere procul de rupe videbo:
Carmina nulla canam: non me pascente capellæ
Florentem cytisum, & salices carpetis amaras.
T. Hic tamen hæc mecum poteris requiescere noctem.
Fronde super viridi: sunt nobis mitia poma,

Oax, uel
de Ang.
Poit. in
Miscel. c
xxxvij.

felix quō
dam.

poteras.

¶ Ecphrasis.


Prius inquam hæc fient quam vultus illius labatur. i. excidat a nostro pectore. i. memoria. Ad hæc ait Melibœus. At sed nos ibimus hinc ex patria, alij ad Afros sitientes propter inopiam aquæ. Pars. i. alij uenimus ad Scythiam: & uenimus Oaxem fluium Mesopotamiæ rapidum. i. melocæ, uel qui cretæ radit, & uenimus ad Britannos. i. Anglos diuisos toto orbe, quia insula est in Oceano Britania. En. i. nunquid ego uidens mea regna. i. patriam post aliquot aristas. i. annos mirabor post longo tempore fines patriæ: et culmen pauperis tuguri pro tugurij i. casulae congestum. i. constructum cespitibus: quod non mirabor. Impius miles habebit hæc noualia tam cultæ et barbarus has segetes: quod indignum est. En quo. i. in quam miseriam discordia perduxit ciues miseros, & quis pro quibus consequimur agros. O Melibœe insere nunc pyros, pone uites ordine. O meæ capellæ, quondam foelix pecus, ite, ite. ego proiectus in antro uiridi non uidebo uos posthac pendere de rupe dumosa: neque canam ulla carmina: neque me pascente, id est pastore o capellæ uos non carpetis cytisum herbam florentem, quia multo tempore floret, & amaras salices. Inuitat Tityrus Melibœum dicens. Tamen tu poteris requiescere mecum hic hæc nocte super fronde uiridi. Poma mitia, id est matura sunt nobis:

A iij

BUCOLICORVM:

Castaneæ molles, & pressicopia lactis:
Etiam summa procul villarum culmina fumant,
Maioresq; cadunt altis de montibus vmbrae.

¶ Aegloga secunda. Poeta Corydonem amantē Alexim scribit.



Formosum pastor Corydon ardebat Alexim,
Delicias domini; nec quid speraret, habebat,
Tantum inter densas, vmbrosa cacumina, fagos,
Assidue veniebat; ibi hæc incondita solus

Montibus, & syluis studio iactabat inani,
O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas,
Nil nostri miserere, mori me deniq; cogis.
Nunc etiam pecudes vmbrae, & frigora captant:
Nunc virides etiam occultant spineta lacertos:
Thestylis & rapido fessis messoribus æstu
Allia, serpillumq; herbas contundit olenteis:

¶ Ecphrasis.

Alia simplici. i. ab halo halas, unde à gbusdã p aspiratio nẽ scribitur.

Et castaneæ molles. i. coctæ sunt nobis: & copia lactis pressi est nobis. Et summa culmina uillarum iam fumant procul: & vmbrae maiores cadunt de montibus altis. quæ duo sunt signa noctis aduentantis.

Formosum. Inducitur Vergilius sub persona Corydonis amans impatienter Alexim: per quẽ intelligimus Augustũ non respondẽtẽ in amore. Dicit itaq; poeta. Corydon pastor ardebat ardẽter amabat Alexim formosum puerum. appo. delicias dñi. i. quo dñs se oblectabat: nec habebat quid speraret. i. frustra sperabat. Tantũ ueniebat Corydon assidue. i. continue inter densas fagos. appo. cacumina vmbrosa. i. arbores altas umbras facientes. Et ibi ille solus iactabat. i. inaniter loquebatur hæc. s. carmina sequentia incondita. i. male composita montibus & syluis. i. montiũ arboribus. studio inani. quia nõ consecratur finẽ optatũ. Et huc usq; sunt uerba poetæ: nũc sequitur Corydonis carmẽ querelis plenũ. O crudelis Alexi nil curas. i. non curas mea carmina: & nil p non miserere nostris: & deniq; o crudelis cogis me mori: Nũc qsi p meridiẽ & calorẽ etiã pecudes captat. i. qruẽt umbras & frigora. i. frigora ab umbris. & etiã spineta occultat nũc lacertos uirides repulia sunt nota. Thestylis. n. p. est mulieris, contudit allia & serpillũ herbas olentes, ex quibus conficiat moretum messoribus fessis æstu, quia iam erat meridiẽs.

AEGLOGA SECUNDA.

Fo. iij.

At mecum raucis, tua dum vestigia lustro,
Sole sub ardenti resonant arbuta cicadis,
Nonne fuit satius tristeis Amaryllidis iras, *scripserunt*
Atq; superba pati fastidia: nonne Menalcan, *cebet*
Quamuis ille niger, quamuis tu candidus esses?
O formose puer, nimium ne crede colori:
Alba ligustra cadunt; vaccinia nigra leguntur,
Despectus tibi sum; nec quis sim, quæris Alexi,
Quam diues pecoris niuei, quam lactis abundans,
Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ.
Lac mihi non æstate nouum non frigore deficit.
Canto, quæ solitus, si quando armenta vocabat,
Amphion Dirceus in Actæo Aracyntho,
Nec sum adeo informis: nuper me in littore vidi,
Cum placidum ventis staret mare: non ego Daphnin
Iudice te metuam, si nunquam fallit imago,
O tantum libeat mecum tibi sordida rura,
Atq; humileis habitare casas, & figere ceruos,
Hædorumq; gregem viridi compellere hibisco,

¶ Ecphrasis.

At ego dũ lustro tuã uestigia. i. quæro te. arbuta resonat mecum cicadis raucis sub ardenti sole. Nonne mihi fuit satius. i. melius pati tristes iras Amaryllidis: & pati illius fastidia superba? Et r. õne fuit melius pati Menalcã pastore: quãuis ille esset niger: et tu esses candidus. O puer formose ne credas nimium colori: quia ligustra alba. i. flores albi cadunt: & uaccinia nigra. i. uiolæ purpuræ leguntur. O Alexi ego sũ tibi despectus. i. despicias me. nec quis q sim. et comẽdat se primo à diuitijs: deinde à cãtu. postea à forma. dicit igitur nõ quis q sim diues pecoris niuei, et q abundans lactis. Mille meæ agnæ. i. nouelle oues errant. i. pascuntur in montibus siculis. et lac nouum nõ deficit. i. deficit mihi æstate: et nõ deficit frigore. Canto ea q Amphion filius Iouis Dirceus. i. Thebanus solitus erat cãtare in Aracyntho monte Actæo. i. Atheniensi. Nec suadeo. i. ualde informis: quia nuper uidi me in littore. i. in aqua maris: cũ mare staret placidum uentis. i. tranquillũ. Nõ ego metuã Daphnin pastore pulcherrimum te iudice. i. etiã si tu sis iudex inter me & illum certãdo de pulchritudine. si imago nunq fallit. i. nisi me fessit imago. O. i. utinam libeat tibi tantum habitare mecum rura sordida id est obscura & casas humiles. & libeat tibi figere ceruos. & libeat tibi compellere gregem hædorum hibisco uiridi, id est ad hibiscum: est herba quæ alte dicitur.

Amphion poeta fuit q concluit saxa, ut in moenia cõtrent, ita Thebas cõditas esse tradunt.

A iij

BVCO LICORVM.

Mecum vna in syluis imitabere panā canendo.

Pan primus calamos cera coniungere plures
Instituit: Pan curat oues, ouiumq; magistros,
Nec te pœniteat calamo triuisse labellum:
Hæc eadem vt sciret, quid non faciebat Amyntas?
Est mihi disparibus septem compacta cicutis
Fistula: Damœtas dono mihi quam dedit olim,
Et dixit moriens, Te nunc habet ista secundum,
Dixit Damœtas, inuidit stultus Amyntas.

Præterea duo, nec tuta mihi ualle reperti
Capreoli, sparsis etiam nunc pellibus ambo,
Bina die siccant ouis vbera: quos tibi seruo,
Iam pridem a me illos abducere Thestylis orat:
Et faciet: quoniam sordent tibi munera nostra.
Huc ades o formose puer, tibi lilia plenis
Ecce ferunt Nymphæ calathis: tibi candida Nais
Pallentes violas, & summa papauera carpens
Narcissum, & florem iungit bene olentis anethi:

¶ Ecphrasis.

Et tu mecū imitabere Pana deū canendo in syluis. Quia Pā primus instituit con-
iungere plures calamos cera. i. inuenit fistulam ex calamis compactā. Pan quoq;
curat. i. in sua tela habet oues & magistros. i. pastores ouium. Nec pœniteat te. i.
non uideatur tibi parū. triuisse labellū calamo. i. fistulam ore terere. qm̄ Amyntas
quid non faciebat? q. d. oīa faciebat. ut sciret hæc eadē. s. canere. Præterea est mihi
fistula compacta. id est constructa septem cicutis. i. arūdinis internodijs: quam fi-
stulā Damœtas dedit mihi dono olim, cū moreretur. Et dixit mihi moriēs ista. s.
fistula habet te secundum post me. Dixit Damœtas, quæ supra memorata sunt. Et
Amyntas stultus inuidit laudi meæ. Præterea sunt mihi duo capreoli. i. capri syl-
uestris partus reperti mihi. i. a me in ualle non tuta sparsis pellibus albo. i. habētes
pelles sparsas maculis albis: qui siccant bina ubera ouis die. i. cotidie suggūt. quos ti-
bi seruo. Et Thestylis fœmina superior orat iā pridē abducere. i. ut abducat illos a
me. Et faciet. i. tādē abducat: quoniā nra munera sordēt tibi. i. sunt uilia. O puer
formose ades huc. i. ueni. Ecce nymphæ ferūt tibi lilia plenis calathis. i. canistris.
Et Nais nymphæ cādida carpēs uiolas pallētes, qm̄ sūt aliæ purpureæ, & carpēs
summa papauera. i. flores papauerū iūgit narcissū et florē anethi herbæ bene olētis.

AEGLOGA SECUNDA.

Fo. v.

Tum castia atq; alijs intexens suauibus herbis,
Mollia luteola pingit uaciniā caltha.
Ipse ego cana legam tenera lanugine mala,
Castaneasq; nuces, mea quas Amaryllis amabat.
Addam cerea pruna, & honos erit huic quoq; pomo,
Et vos o lauri carpam, & te proxima myrte:
Sic positæ: quoniam suauis miscetis odores,
Rusticuses Coridon, nec munera curat Alexis:
Nec si muneribus certes, concedat Iolas.
Eheu quid volui misero mihi: floribus austrum
Perditus, & liquidis immisi fontibus apros,
Quem fugis: ah demens habitarunt Di quoq; syluas:
Dardaniusq; Paris. Pallas quas condidit arces
Ipsa colat: nobis placeant ante omnia syluæ,
Torualeæna lupum sequitur, lupus ipse capellam,
Florentem cytisum sequitur lasciuia capella:

¶ Ecphrasis.

Tū etiā Nais ipsa intexens oīa superiora castia herba odorata, atq; alijs herbis
suauibus pingit uaciniā mollia. i. uolas suauis caltha luteola. i. quodā flore pur-
pureo. Et ego ipse ait Corydon legā. i. ab arbore decerpam mala cana. i. cydos-
nia alba lanugine tenera. i. quæ propter lanuginem illam teneram sunt alba. & le-
gam castaneas nuces. i. quæ sunt in genere nucum. quas Amaryllis mea amica ama-
bat. Et addam superioribus pruna cerea. i. pallida. Et huic pomo. i. prunis erit
honos inter alia superius memorata. Et o lauri ego carpam uos. & o myrte pro-
xima lauro in honore ego carpam te, quoniam uos omnes sic positæ miscetis odo-
res suauis. Nunc seipsum arguit stultitiæ dicens. O Corydon rusticus es: nec
Alexis curat munera tua: nec Iolas competitor tuus concedet tibi in dandis mu-
neribus si certes muneribus uincere Alexim. He heu quid ego uolui mihi mi-
sero. ego perditus immisi austrū floribus quo flāte marcescūt: & immisi apros
fontib; ut illos pturbaret. Ha demens quæ fugis. i. me ne fugis: quia syluas habitos
dij quoq; sicut & ego habitarunt syluas. & Paris Dardanius. i. Troianus habita-
uit syluas. Ipsa Pallas colat arces quas condidit, quia est artium inuentrix quæ
in urbibus exercentur: sed nobis placeant syluæ ante omnia. Et ab exēplo nititur
idem persuadere dicens. Leæna torua, id est irata sequitur lupū, & lupus ipse se-
quitur capellam: & capella lasciuia, id est ludibunda sequitur cytisum florentem.

Et, redun-
dat aspira-
tio p cōs
sonante.

BYCOLICORVM.

Te Corydon o Alexi: trahit sua quemq; voluptas,
 Aspice, aratra iugo referunt suspensa iuueni,
 Et Sol crescentes decedens duplicat umbras,
 Me tamen urit amor; quis enim modus adsit amoris?
 Ah Corydon: Corydon quæ te dementia cepit:
 Semiputata tibi frondosa vitis in ulmo est,
 Quin tu aliquid saltem potius, quorum indiget usus,
 Viminibus, molliq; paras detexere iunco:
 Inuenies alium, si te hic fastidit Alexis,

Aegloga tertia, Collocutores Menalcas, & Damoeta
 Aemuli concertantes, & Palæmon Iudex,

Ex Theo
 criti No=
 meo sum=
 pta ad uer=
 bum.



De mihi Damoeta, cuium pecus: an Melibœi:
 D. Nō, verū Aegonis: nuper mihi tradidit Aegō,
 M. Infelix o semper ouis pecus: ipse Nearam
 Dum fouet, ac, ne me sibi præferat illa, veretur,
 Hic alienus ouis custos bis mulget in hora:

¶ Ecphrasis.

Sed o Alexi Corydon sequitur te, quia sua uoluptas trahit quæq; i. quisq; trahitur
 a sua uoluptate. Aspice o Alexi iuueni referunt domū aratra suspēsa ex iugo:
 quod aratores consueuerunt facere. Et sol decedēs: i. in occasum tendēs duplicat. i.
 auget umbras crescētēs, tamē cū cætera referāt se ad quietem amor urit me. Quia
 quis modus. i. finis adsit amoris. Ah Corydon Corydon, seipsum iterū stultitiæ dā=
 nat dicens, q̄ demētia cepit te. uitis est tibi semiputata in ulmo frondosa: quod est
 rei familiaris negligentia. Quin tu paras. i. cur tu non paras aliquid eorū quorū
 usus indiget, puta detexere aliquid ex uiminibus & iunco molli. i. canistra & fi=
 scellas. Quia si hic Alexis fastidit te, inuenies alium quem ames.

De mihi Damoeta. Inducuntur Menalcas & Damoetas certantes primum
 iurgijs deinde cātu. Postea Palæmon iudex. Dicit igitur Menalcas. O Da=
 moeta dic mihi cuiū est pecus istud: an Melibœi: subaudi est. Nō supple est Meli=
 bœi: uerū Aegonis. s. est hoc pecus: quia Aegō tradidit mihi nuper. O pecus ouis dicit
 Menalcas semp infœlix: dū ipse fouet. i. aplexatur Neerā: ac ueretur ne illa præferat
 me sibi i amore hic custos alienus. i. mercenarius mulget oues bis i hora. i. in dies

AEGLOGA TERTIA.

Fo. vi.

Et succus pecori, & lac subducitur agnis,
 D. Parcuis, ista uiris tamen obijcienda memento,
 Nouimus, & quite transfuersa tuentibus hircis,
 Et quo, sed faciles Nymphæ risere, sacello.
 M. Tum credo, cum me arbutum videre Myconis,
 Atque mala uites incidere falce nouellas,
 D. Aut hic ad ueteres fagos, cum Daphnidis arcum
 Fregisti, & calamos: quæ tu peruerse Menalca
 Etcum uidisti puero donata, dolebas:
 Et si non aliqua nocuisses, mortuus esses.
 M. Quid domini faciant, audent cum talia fures
 Non ego te uidi Damonis pessime caprum
 Excipere insidijs, multum latrante Lycisca:
 Etcum clamarem: Quo nunc se proripit ille:
 Tityre coge pecus: tu post carecta latebas.
 D. An mihi cantando uictus non redderet ille,
 Quem me acarmibus meruisset fistula caprum?

¶ Ecphrasis.

Et succus. i. pinguitudo subducitur pecori: et lac subducitur agnis. Parcuis, id est
 moderatius ista sunt obijcienda uiris: & tamen memeto obijcienda. Nouimus &
 qui te sub. stuprarunt hircis tuentibus aduersa: ex transfuerso inspicentibus, & no=
 uimus quo sacello. i. templo Nymphæ faciles riserunt ob turpitudinē tuā. Tū cre=
 do factum est hoc, cū uiderunt me, imo potius te incidere arbutū Miconis uicini
 nostri, & incidere uites nouellas mala falce. i. nociua. aut est factū quod dicit hic
 ad fagos ueteres, cum fregisti arcum, & calamos Daphnidis pueri & pastoris,
 quæ, s. arcum & sagittas cum tu o peruerse Menalcha uidisti donata puero dole=
 bas. Et si non nocuisses aliqua sup. uia, aut ratione, mortuus esses: tanta erat trui=
 dia. Quid facient domini cum fures. i. mercenarij, qui plerūq; sunt fures, audēt
 talia? O pessime ego non uidi te q. d. uidi te excipere. i. furari ex insidijs caprum
 Damonis pastoris, & uicini nostri Lycisca, nomē est proprium canis, multum la=
 trante, quia te furem sentiebat. Et cum ego clamarem: quo nunc ille fur proripit
 se. i. fugit. Tūc ego dixi Tityro pastori socio meo. O Tityre coge, id est cōtrabe
 pecus: & tu latebas post carecta, id est post carices vulgo sunt carrizos. An ille
 Damon uictus a me cantando, non redderet. i. restitueret caprum mihi, quem ca=
 prum mea fistula meruisset carminibus, id est propterea q; illum carmine superauit.

no mu. 3. literog. 1. fur.

BUCOLICORVM.

Si nescis, meus ille caper fuit, & mihi Damon
 Ipse fatebatur: sed reddere posse negabat.
 M. Cantando tu illum: aut unquam tibi fistula cera
 Iuncta fuit: non tu in triujs indocte solebas
 Stridenti miserum stipula disperdere carmen:
 D. Vis ergo inter nos quid possit uterq; vicissim
 Experiamur: ego vitulam (ne forte recuses,
 Bis venit ad mulctram, binos alit vbera foetus)
 Depono: tu dic mecum quo pignore certes,
 M. De grege non ausim quicquam deponere tecum:
 Est mihi namq; domi pater, est iniusta nouerca:
 Bisq; die numerant ambo pecus, alter & haedos,
 Verum id, quod multo tute ipse fatebere maius
 (Insanire libet quoniam tibi) pocula ponam
 Fagina, celatum diuini opus Alchimedontis:
 Lenta quibus torno facili superaddita vitis,

¶ Ephraſis.

Quare si nescis, uolo scias, q. ille caper fuit meus quia mihi debitus. Et ipse Damon fatebatur se debere mihi: sed negabat se posse reddere: quare potui meo iure quod erat meum subripere. Cantando tu illum subaudi superasti: aut fistula fuit unquam iuncta tibi cera. q. d. neq; tu illum uicisti cantando: neq; cera coniunxisti plures calamos ad fistulam conficiendam: sed uno tantum calamo cecinisti, uel potius stipula. ideo subdit tu indocte non solebas in triujs. q. d. in uicis paganis disperdere. i. perditum canere carmen miserum. t. flebile stipula stridenti. t. calamo anguste sonanti. Vis ergo experiamur quid uterq; nostrum possit uicissim id est alternatim canendo inter nos? Ego depono, id est sequestro hanc uitulam: & ne forte recuses illius uilitatem: bis uenit ad mulctram, id est ad uas exceptorium lactis ut mulgeatur bis in die: & alit binos foetus. t. partus ubere. Tu dic quo pignore certes mecum, id est quid contra uitulam deponas. Ego non ausim. t. audebo deponere tecum quicquam de grege. Na pater est mihi domi, & nouerca iniusta est mihi domi: & ambo numerant pecus. i. capras bis in die. i. mane & uesperis: & alter. t. uel pater uel nouerca numerat haedos. Verum deponam id quod tute ipse fatebere maius subaudi esse quam uitulam (quam libet tibi insanire) ego ponam tibi. i. deponam pocula fagina ex materia fagi. appo. opus celatum. i. sculptum diuini Alchimedontis ornatoris egregij. Quibus. s. poculis uitis superaddita torno facili. i. artificiose.

AEGLOGA TERTIA.

Diffusos hedera uestit pallente corymbos,
 In medio duo signa, Conon, & quis fuit alter,
 Descripsit radio totum qui gentibus orbem:
 Tempora quae messor, quae curuus arator haberet:
 Necdum illis labra admoui, sed condita seruo.
 D. Et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit:
 Et molli circum est ansas amplexus acantho:
 Orpheaq; in medio posuit, siluasq; sequentes.
 Necdum illis labra admoui, sed condita seruo.
 Si ad uitulam spectes, nihil est quod pocula laudes,
 M. Nunquam hodie effugies, ueniam quocumq; uocaris,
 Audiat hoc tantum uel qui uenit, ecce Palæmon,
 Efficiam posthac ne quemq; uoce laceffas.
 D. Quin age, si quid habes, in me mora non erit ulla,
 Nec quemquam fugio, tantum uicine Palæmon
 Sensibus haec imis (re se est non parua) reponas.
 P. Dicite, quando quidem in molli consedimus herba:

ſpectas et
 laudas.

¶ Ephraſis.

uestit. i. uestit corymbos. i. hederae racemos diffusos hedera pallente. i. hedera alba.
 In medio. s. poculorum sunt duo signa. i. imagines Conon q. fuit Atheniensium dux, & quis fuit alter. q. d. non memini, hoc tantum memini esse illum qui descripsit totum orbem gentibus puta eudoxus & aratus, & descripsit q. tempora haberet messor, & quae arator curuus. i. libros de agricultura. Necdum admoui labra illis. i. sunt adhuc intacta, sed seruo illa pocula condita. i. abscondita. Et idem Alcimedon fecit nobis duo pocula quemadmodum & tibi. & amplexus est circum. i. i. circuitu ansas poculorum acantho molli. i. carduo, & posuit in medio Orpheum & siluas. i. arbores sequentes, necdum admoui illis labra sed condita seruo. i. sunt noua sicut & tua. Sed si spectes ad uitulam, quam ego depono, nihil est quod laudes pocula. Nunquam effugies hodie. ego ueniam quocumq; .i. ad quacumq; conditionem me uocaueris. Efficiam ne tu laceffas. i. puoces quemquam posthac. i. in futurum. Ego non fugio quemquam, tantum o Palæmon uicine nam alter dixerat tantum uel qui. i. quicumq; uenit. ecce Palæmon. reponas haec imis sensibus, ut melius possis iudicare. nam res de qua certamus non est parua. Dicite uerba sunt Palæmonis iudicis. Dicite igitur quandoquidem consedimus in herba molli. i. quonia loci & temporis oportunitas nos inuitat ad cantandum & audiendum.

BVCOLICORVM.

Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbor,
 Nunc frondent syluæ: nunc formosissimus annus,
 Incipe Damœta, tu deinde sequere Menalcha:
 Alternis dicetis, amant alterna Camenæ,
 D. A Ioue principium musæ, Iouis omnia plena:
 Ille colit terras: illi mea carmina curæ.
 M. Et me Phœbus amat, Phœbo sua semper apud me
 Munera sunt lauri: & suaue rubens Hiacynthus,
 D. Malo me Galatea perit lasciuia puella,
 Et fugit ad salices: & se cupit ante videri.
 M. At mihi sese offert vltro, meus ignis, Amyntas,
 Notior vt iam sit canibus non delia nostris,
 D. Parta meæ Venerisunt munera: namq; notavi
 Ipse locum, aëriæ quo congesse palumbes.
 M. Quod potui, puerosyluestri ex arbore lecta,
 Aurea mala decem misi, cras altera mittam.
 D. O quoties, & quæ nobis Galatea locuta est:
 Partem aliquam venti diuum referatis ad aures.
 M. Quid prodest, quod me ipse animo non spernis Amynta,

¶ Ecphrasis.

Et omnis ager parturit nunc, & ois arbor parturit nunc, & syluæ frondent nunc. & annus nunc est formosissimus. q. d. nunc est tēpus amœnissimū quia uer. Incipe Damœta, & tuo Menalcha deinde seqre. Et dicetis alternis. i. alternatim: q. a. camenæ. i. musæ amant alterna. i. uersus alternos: q. les sunt q sequuntur. Ab Ioue est principium musæ. quia oia sunt plena Iouis: quia oia sunt plena deo. ille colit. i. amat terras. et mea carmina sūt illi curæ. Et Phœbus amat me. et laurus et hiacynthus rubens suaue p suauiiter. appo. sunt semp apud me sua munera. q. a. est utrūq; Phœbo sacru. Galatea puella lasciuia petit. i. percutit me malo. & fugit ad salices. & cupit se uideri anteq; fugiat. At Amyntas meus ignis. i. amor offert sese mihi ultro: adeo ut Delia nomē est puellæ uon sit notior nris canibus. Munera sunt parta. i. q. sita meæ ueneri. i. amicæ. Nāq; ego notavi locū quo palūbes aëriæ. i. talis coloris congesse. i. nidificauere. Ego misi puero decē aurca mala lecta. i. collecta ex arbore syluestri: quod potui: quia plura non potui: & cras mittā altera decem. O quoties et quæ Galatea locuta est nobis. o uenti utinam referatis aliquam partem uerborum ad aures diuum pro diuorum. Quid prodest quod o Amynta non spernis me animo:

AEGLOGA TERTIA.

Fo. viij.

Sit dum sectaris apros, ego retia seruo:
 D. Phyllida mitte mihi, meus est natalis, Iola:
 Cum faciam vitula pro fugibus ipse venito,
 M. Phyllida amo ante alias: nam me discedere fleuit,
 Et longum formose vale, vale, inquit Iola,
 D. Triste lupus stabulis, matuns frugibus imbres,
 Arboribus venti, nobis Amaryllidis iræ,
 M. Dulce satis humor, depulsis arbutus hædis,
 Lenta salix foeto pecori, mihi solus Amyntas,
 D. Pollio amat nostram, quāuis sit rustica, musam:
 Pierides vitulam lectori pascite vestro.
 M. Pollio & ipse facit noua carmina, pascite taurum,
 Iam cornu petat: & pedibus qui spargat arenam,
 D. Qui te Pollio amat, veniat, quo te quoq; gaudet,
 Mella fluant illi, ferat & rubus asper amomum.
 M. Qui Bauium non odit, amet tua carmina Meui,
 Atq; idem iungat vulpes, & mulgeat hircos.

Vitula d= li. uitulā.

Pollionis encomiū.

¶ Ecphrasis.

Si dū tu sectaris apros, ego seruo retia, q. d. est nimie familiaritatis signū. O Iola pastor est mitte mihi Phyllida amicā, q. a. hodie est natalis me. i. natalitiū festū. Cū ego faciā uitulā. i. sacrificiū p frugib; ipse tu uenito. Ego amo Phyllida ante oēs alias scēminas: nā illa fleuit me discedere: q. d. est amoris signū: et Iola inqt o formose uale uale lōgū: q. d. etiā signū est amoris cū lōga mora dicere uale. Lup; est triste. i. res tristis stabulis. s. ouiu: et iber est res tristis frugib; maturis. et ueti sūt res trēstis arborib;. et iræ Amaryllidis est nobis res tristis. Hūore est dulce. i. res dulcis satis. i. segetibus: et arbut; est res dulcis hædis depulsis. i. ablaetatis. et salix arbor lēta. i. flexibilis est res dulcis foeto pecori. i. grauib; ouib; mihi est res dulcis sol; Amyntas pastor. Pollio Asinius ciuis nobilissimus amat nram musam quāuis sit rustica. O Pierides. i. musæ pascite uitulā. i. maius opus vō lectori. i. Pollioni: qui vīacarmina legit. Et ipse Pollio facit noua carmina admirāda: q. a. poēta erat. o Pierides pascite taurū, q. maior est q; uitula. i. taur; ille est q; petat. i. petere possit cornu: et q; spargat. i. spargere possit arenā pedibus. est iā gradior. o Pollio q; amat te: utinā ueniat: quo gaudet te uenisse. q. d. peruenisse ad consulatū. mella fluāt illi: et rubus asper ferat amomū: unguētū p̄ciosū. Qui nō odit Bauio Meui amet tua carmina: q. d. est magnæ stulticiæ. atq; idē iungat vulpes, et mulgeat hircos: q. d. utrūq; inane est;

D. Qui legitis flores, & humi nascensia fragra,
 Frigidus, o pueri fugite hinc, latet anguis in herba.
 M. Parcite oues nimium procedere; non bene ripæ
 Creditur, ipse aries etiam nunc vellera siccat.
 D. Tityre pascentes a flumine reijce capellas.
 Ipse, ubi tempus erit, omnes in fonte lauabo.
 Cogite oues pueri, si lac perceperit æstus,
 Ut nuper, frustra pressabimus vbera palmis.
 D. Heu heu quæ pingui macer est mihi taurus in eruo:
 Idem amor exitium pecori est, pecoribus magistro.
 M. His certe neque amor causa est, vix ossibus hærent:
 Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos.
 D. Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo,
 Tris pateat cæli spatium non amplius vlnas.
 M. Dic quibus in terris inscripti nomina regum
 Nascantur flores, & Phyllida solus habeto.
 Non nostrum, inter vos tantas componere lites.

Tris pæteat. uide Petri Crinitii lib. liij de honesta disciplina. cap. viij.

¶ Ecphrasis.

¶ O pueri qui legitis flores, & fragra nascensia humi, quia pomæ sunt, quæ nascuntur in arboribus paruis, uel potius herbis, fugite hinc, quia anguis frigidus latet in herba. Parcite oues nimium procedere. i. longius ire, quia non creditur. i. fidendum est ripæ, quia ipse aries etiam nunc per adhuc siccat uellera. O Tityre reijce a flumine capellas pascentes, & ubi tempus erit, ego lauabo omnes oues in fonte. O pueri cogite oues. i. congregate, si æstus. i. calor solis perceperit. i. præoccupauerit lac, frustra pressabimus palmis. i. mulgebimus ubera, ut nuper subaudi contigit. Heu heu quæ macer est mihi taurus in eruo. i. legumine illo pingui ab effectu quia pinguefacit armata. Idem amor. i. amoris causa est exitium. i. perniciēs pecori, & magistro pecoris. i. pastori. His. s. hærent, neque amor est causa exitij, uix hærent ossibus. i. uix ossa coheret. Nescio quis oculi fascinat mihi agnos teneros, quia fascinum perit puer lædit res teneras. Dic i quibus terris spatium cæli pateat non amplius quam tres vlnas, quod si dixeris, eris mihi magnus Apollo. i. diuinator, quia diuinitio ad Apollinē refertur. Dic i quibus tris flores nascantur inscripti nomina regum, dicit propter florē i quæ Narcissus prius, et deinde Ajax fuerunt mutati, quod si dixeris, habetotus solus Phyllida, de qua est certamen. Non nostrum est. i. non pertinet ad nos componere. i. finire tantas lites inter uos.

Et vitula tu dignus, & hic: & quisquis amores
 Aut metuet dulces; aut experietur amarus,
 Claudite iam riuos pueri; sat prata biberunt.

AEGLOGA QVARTA. POETA
 solus in laudem Pollionis & Salonini filij.

Sicelides Musæ paulo maiora canamus:
 Non omnes arbuta iuuant, humilescque myricæ,
 Si canimus syluas, syluæ sunt consule dignæ,
 Vltima Cumei venit iam carminis ætas:
 Magnus ab integro sæclorum nascitur ordo,
 Iam redit & virgo, redeunt Saturnia regna:
 Iam noua progenies cœlo dimittitur alto.
 Tu modo nascenti puero, quo ferrea primum
 Desinet, actoto surget gens aurea mundo,

¶ Ecphrasis.

¶ Et tu o Damoeta, uel tu o Menalcha es dignus vitula. & hic est dignus vitula. Et quisquis aut metuet amores dulces, scilicet amittere, aut experietur amarus est dignus vitula. O pueri claudite iam riuos, quia prata satis biberunt. Nam intellegendum est, quod dum hæc fiebant, riuus per prata labebatur.

Sicelides. Canit Vergilius in hoc Bucolico genethliacon, id est, carmen natale Salonini pueri, qui est natus Asinio Pollioni, cui etsi multa bona præcatur, mortuus tamen est puer intra paucos dies. O Musæ Sicelides dicit propter Theocritum, qui fuit poeta Siculus, canamus paulo maiora, quia arbuta & myricæ humiles, quia sunt frutices, non iuuant omnes. Si canimus syluas, id est, Bucolicas, syluæ sunt dignæ consule, id est, Pollione qui tunc erat consul. Actas ultima carminis Cumei iam uenit, id est, quod cecinit Sibylla. Magnus ordo sæculorum nascitur ab integro, id est, de nouo. Iam uirgo, id est, iusticia, redit è cœlo quo fugerat. Redeunt Saturnia regna, in quibus fuit ætas aurea. Iam progenies noua, id est, nouum genus hominum demittitur ex alto cœlo. O lucina casta, quia uirgo perpetua faue puero nascenti modo, scilicet Salonino. Quo nascente gens ferrea desinet, id est, cessabit ætas ferrea, & gens aurea surget toto mundo, id est, ætas aurea.

In codice uetusto loco lematis legitur. in interpretatione noui seculi.

Orditur à descriptione temporis ueluti publica uoce testatū faciatis, Augustū nos uel seculi autorem esse.

BUCOLICORVM

Castæ faue Lucina; tuus iam regnat Apollo.
 Teq; adeo decus hoc æui, te consule inibit
 Pollio; & incipient magni procedere menses.
 Te duce, si qua manent sceleris vestigia nostri,
 Irrita perpetua soluent formidine terras.
 Ille deum vitam accipiet, Diuisq; videbit
 Permixtos Heroas, & ipse videbitur illis,
 Pacatumq; reget patrijs virtutibus orbem.

At tibi prima puer nullo munuscula cultu
 Errantes hederas passim cum baccare tellus,
 Mistaq; ridenti colocasia fundet acantho.
 Ipsæ lacte domum referent distenta capellæ
 Vbera, nec magnos metuent armenta leonēs.
 Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores,
 Occidet & serpens, & fallax herba veneni
 Occidet, Assyrium & uulgo nascetur amomum.

*nardo
assaba*

*serpens
amomum*

aconitij

¶ Ecphrasis.

Tuus Apollo iam regnat, Augustum significat. Et o Pollio hoc decus æui, id est, gloria. Inibit, id est, incipiet. te Consule, id est in tuo consulatu. & magni menses incipient procedere, propter Iulium dicit & Augustum. Te duce si qua vestigia nostri sceleris manent irrita, id est, ad nihilum reducta. soluent terras, id est, homines formidine perpetua. Ille Saloninus accipiet vitam Deum pro deorum, & videbit Heroas. i. semideos permixtos diuis, & ipse videbitur, & reget orbem pacatum virtutibus patrijs, scilicet Pollionis. At o puer tellus fundet, id est, procreabit tibi prima munuscula nullo cultu, id est, sponte sua. scilicet hederas errantes. i. serpentes. passim. i. ubiq; cum baccare. i. nardo syluestri, quod nunc dicitur assarabaccar, & fundet tibi colocasia herbas in Aegypto familiares mixta acantho ridenti, id est, carduo amœno & florido. Ipsæ capellæ referent domum vbera distenta, id est, plena & referta lacte. nec armenta metuent magnos leones. Ipsa cunabula fundent tibi blandos flores. & Serpens occidet, id est, peribit. Et herba veneni fallax occidet, id est, peribit. & amomum Assyrium, quod in Assyria nunc tantum nascitur, nascetur vulgo, id est, ubiq;.

AEGLOGA III.

FO. X

At simul Heroum laudes, & facta parentis
 iam legere; & quæ sit poteris cognoscere virtus.
 Mollis paulatim flauescet campus arista,
 Incultisq; rubens pendebit sentibus vna:
 Et duræ quercus sudabunt rosida mella. :-
 Pauca tamen suberunt priscae vestigia fraudis,
 Quæ tentare Thetyn ratibus, quæ cingere muris
 Oppida, quæ iubeant telluri insindere sulcos.
 Alter eritum Typhys, & altera quæ vehat Argo.
 Delectos Heroas: erunt etiam altera bella:
 Atq; iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles.
 Hinc ubi iam firmata virum te fecerit ætas,
 Cedet & ipse mari vector, nec nautica pinus
 Mutabit merces: omnis feret omnia tellus.
 Non rastros patietur humus, non vinea falcem: :-

*quæ vehat argonautas
Heracles. carinas. &
falcem*

¶ Ecphrasis.

At simul, id est, postquam poteris o puer legere iam laudes Heroum, & poteris cognoscere quæ sit virtus, campus flauescet paulatim arista molli, id est, spica non aspera vt nunc est. Et vna rubens, id est, matura. pendebit sentibus, id est, spinis incultis. Et quercus duræ sudabunt mella rosida, id est, quæ sunt ex rore coeli. Pauca vestigia fraudis priscae, id est, antiquæ suberunt, id est, latenter erunt, quæ iubeant tentare Thetym, id est, mare nauibus, id est, nauigare. Et quæ iubeant cingere Oppida muris. & quæ iubeant insindere sulcos terræ, id est, arare. Et alter Typhis erit, id est, gubernator nauis, qualis fuit ille Iasonis. Et altera Argo erit, quæ vehat Heroas delectos. sicut Argo illa prima nauis uexit Argonautas. erunt etiam altera bella quemadmodum apud priscos illos fuerunt. Atq; Achilles magnus iterum mittetur ad Troiam, id est, erit aliquis Imperator, qui mittatur cum exercitu contra hostes. Sed hæc omnia in adolescentia. Sed ubi, id est, postquam ætas firmata, id est, robustior fecerit te virum. ipse vector, id est, qui vehitur in nauis. nam hoc solum nomen in. or. verbale significat passionem. Cedet mari, id est, nemo nauigabit. nec pinus nautica, id est, nauis mutabit merces à loco in locum. omnis tellus, id est, quæcunq; regio feret, id est, procreabit omnia. Humus non patietur rastros, id est, non fodietur. & vinea non patietur falcem, id est, non putabitur.

BUCOLICORVM

Robustus quoq; iam tauris iuga soluet arator,
 Nec uarios discet mentiri lana colores,
 Ipse sed in pratis aries iam suaue rubenti
 Murice, iam croceo mutabit uellera luto, *color amari lu-*
 Sponte sua sandyx pascentes uestiet agnos, *color & hucus*
 Talia secula suis dixerunt currite fufis,
 Concordes stabili fatorum numine Parcae,
 Aggredere o magnos (adderit iam tempus) honores,
 Chæra Deum soboles, magnum Iouis incrementum, :-
 Aspice conuexo nutantem pondere mundum,
 Terrasq; tractusq; maris, cœlumq; profundum;
 Aspice, uenturo latentur ut omnia seculo.
 O mihi tam longe maneat pars ultima uitæ,
 Spiritus & quantum sat erit tua dicere facta,
 Non me carminibus uincet nec Thracius Orpheus #
 Nec Linus; huic mater quamuis, atq; huic pater adsit;
 Orphei Calliopeia, Lino formosus Apollo, :- #

*concordia de lapur
 fura
 color & hucus
 facti sunt in car*

¶ Ecphrasis.


Et robustus arator soluet iuga tauris, id est, non arabit. nec lana discet mentiri, id est, imitari uarios colores. sed ipse aries sponte sua mutabit uellera, id est, infictet in pratis, id est, dum pascitur. iam, id est, modo. murice, id est, purpura suas uiter rubenti. Et iam, id est, modo. luto croceo, id est, purpura. Sandyx herba rubra uestiet agnos pascentes sponte sua, id est, naturaliter. Parcae, id est, Fata concordēs numine stabili dixerunt suis fufis currite talia secula quæta supra memorauimus. O chæra soboles Deum pro Deorum, & alloquitur Saloninum, aggredere magnos honores. quia tempus adderit, quo sit licitum petere, Soboles dico magnum incrementum Iouis. Aspice mundum nutantem, id est, uacillantem pondere conuexo, id est, inclinato. & aspice terras & tractus maris, & cœlum profundum, id est, altum. Aspice, id est, prouide ut omnia latentur seculo uenturo. O utinam pars uitæ tam longæ maneat mihi, & spiritus maneat mihi. quantum erit satis dicere, id est, ad dicendum tua facta. Nec Orpheus Thracius origine, nec Linus uincet me carminibus. quamuis mater, id est, Calliope adsit huic, id est, Orpheo. Et Lino adsit pater, id est, Apollo, scilicet Calliopeia Orpheo. & Apollo formosus Lino.

AEGLOGA V.

Pan deus Arcadia mecum si iudice certet;
 Pan etiam Arcadia dicet se iudice uictum,
 Incipe parue puer risu cognoscere matrem:
 Matri longa decem tulerunt fastidia menses.
 Incipe parue puer, cui non risere parentes,
 Nec deus hunc mensa; dea nec dignata cubili est.

Vide An-
 ge, Pol. in
 Miscel. ca
 pi. lxxxix
 Codex qd
 dā puetus
 tus habet,
 qui non ri
 sere paren
 ti.

AEGLOGA QUINTA. COLLO
 cutores Menalchas, & Mopsus amici
 Cæsarem sub Daphnidis no
 mine dolentes.

M.  Vr nō Mopse boni quoniā cōuenim⁹ ambo,
 Tu calamos inflare leues; ego dicere uersus)
 Hic corylis mixtas inter confedimus ulmos
 M. Tu maior: tibi me est equum parere Menalcha,
 Siue sub incertis, zephyris motantibus, umbras:

Deflet poe
 ta mortem
 Iulij Cæsa
 ris, aut ut
 alij, Quin
 tilij Cre
 monē. sub
 noīe daph
 nidis, de
 quo Hora.
 ad Verg.
 Nulli flebē
 lior quā
 tibi Ver
 gilii.

¶ Ecphrasis.

¶ Si etiam Pan inuentor fistulæ certet mecum Arcadia iudice cuius Deus est, Pan dicat se uictum Arcadia iudice. O puer parue incipe cognoscere matrem risu. Quod si feceris. Decem menses tulerint, id est, abstulerint matri longa fastidia quæ passa est, dum te utero gestauit. O puer parue incipe cognoscere matrem risu, quia hunc, scilicet Vulcanum, nec deus, id est, Iupiter dignatus est mensa. Nec dea, id est, Minerua est dignata cubili, id est, matrimonio. Cui parentes Iuppiter & Iuno non risere.

C Vr non Mopse. Mopsus & Menalchas pastores inducuntur se inuicem latentes, atq; mortem Daphnidis pariter ac diuinitatem canentes per quæ cæsarem intelligimus. Dicit igitur in primis Menalchas. O Mopse, quoniam nos ambo conuenimus Boni, id est, idonei, tu inflare, id est, inspirare. calamos leues, id est, fistulam ex calamis compactam. Et ego bonus dicere uersus. Cur non confedimus hic inter ulmos mixtas corylis, id est, auellanis. Ad quod Mopsus respondet O menalcha tu maior subaudi es. Et equum est me tibi parere, id est, obedire, siue succedimus, id est, uis succedamus sub umbras incertis zephyris motantibus.

BV COLICORVM

Sive antro potius succedimus, aspice vt antrum
 Syluestris raris sparsit labrusca racemis.
 Me. Montibus in nostris solus tibi certet Amyntas.
 Mo. Quid si idem certet Phœbum superare canendo.
 Me. Incipe Mopse prior, si quos aut Phyllidis ignes,
 Aut Alconis habes laudes, aut iurgia Codri.
 Incipe: pascentes seruabit Tityrus hœdos.
 Mo. Imo hæc in viridi nuper quæ cortice fagi
 Carmina descripsi, & modulans alterna notavi.
 Experiar: tu deinde iubeto certet Amyntas.
 Me. Lenta salix quantum pallenti cedit oliuæ.
 Puniceis humilis quantum saliuca rosetis:
 Iudicio nostro tantum tibi cedit Amyntas.
 Mo. Sed tu desine plura puer: successimus antro.
 Extinctum Nymphæ crudeli funere Daphnin

Codr⁹ A= theniēsis i bello aduerſ⁹ thra= censes vno ex hostib⁹ falce iter= empto, alios in sua cædem cōcitauit, au= tor Plut.

¶ Ecp^rhastis.

quia eum ventū mouent arborum vmbra incerta est, siue potius succedimus an= tro, id est, vis subeamus antrum, aspice vt. i. quemadmodū labrusca sparsit an= trum racemis raris, quia labrusca, quæ est vitis siluestris dicta, quod in labris, id est, extremitatibus vineæ nascitur, racemos habet raros. Amyntas solus certat tibi, id est tecum, in nostris montibus, id est, de cantu solus potest tecum certa= re. Quid si idem Amyntas certet superare Phœbum canendo: quasi diceret, nisi hilo plus proficiet. O Mopsetu prior incipe, subaudi canere, si habes quos, id est aliquos ignes Phyllidis. i. carmina de amoribus Phyllidis, aut si habes aliquas laudes Alconis sagittarij Cretenſis peritiſſimi. aut iurgia Codri, qui se pro patria deuouit bello, quod Athenenses cum Lacedæmonijs gesserunt. Incipe scilicet canere, quia interea Tityrus seruabit hœdos pascentes. Immo ego experiar hæc carmina, quæ descripsi nuper in cortice fagi. & modulans, id est cantu & com= sonantijs uotauit illa carmina alterna, id est alternatim cantanda. & tu deinde post quam illa cantauero, iubeto certet Amyntas. et subiungit Menalchas. Quan= tum salix lenta, id est flexibilis cedit oliuæ pallenti, id est, florenti, quia tunc pal= let. Et quantum saliuca herba humilis cedit rosetis puniceis, id est roſis purpure is, tantum Amyntas cedit tibi. Sed tu desine plura, scilicet dicere, quia suc= cessimus antro.

AEGLOGA V.

F. OXII

Flebant: vos coryli testes, & flumina nymphis:
 Cum complexa sui corpus miserabile nati
 Atq; deos, atq; astra vocat crudelia mater.
 Non vlli pastos illis egere diebus
 Frigida Daphni boues ad flumina: nulla neq; amnem
 Libauit quadrupes, nec graminis attigit herbam.
 Daphni tuum Pœnos etiam ingemuisse leones
 Interitum. montesq; feri, syluæq; loquuntur.
 Daphnis & Armenias curru subiungere tigres
 Instituit: Daphnis thyasos inducere Baccho,
 Et folijs lentas intexere mollibus hastas.
 Vitis vt arboribus decori est, vt vitibus vuæ,
 Vt gregibus tauri, segetes vt pinguibus aruis,
 Tu decus omne tuis: postquam te fata tulerunt.
 Ipsa Pales agros, atq; ipse reliquit Apollo.
 Gian dia saepe quibus mandauimus, hoc dea sulcis,

Iul⁹ enim Cesar Ba= cchanalia Rome in= stituit.

¶ Ecp^rhastis.

Nymphæ flebant Daphnin extinctum funere crudeli. uos coryli & vos flumi= na estis testes Nymphis quod illum fluerunt. Cum mater Daphnidis complexa corpus miserabile sui nati indigna morte perempti. vocat deos crudeles, et vocat astra crudelia. O Daphni non vlli, id est, nulli pastores egerunt boues iam pa= stos ad flumina frigida. & nulla quadrupes libauit, id est, degustauit quicquā, neq; amnem, ergo multo minus libauit cætera, quia nec tetigit herbam graminis. O Daphni montes feri & syluæ loquuntur, id est sunt testes, leones Pœnos, id est, Aphros ingemuisse tuum interitum, id est mortem. Daphnis primus instituit subiungere curru Tigres Armenias, quæ abundant in ea regione. & Daphnis instituit inducere thyasos, id est choreas Bacho. & Daphnis instituit intexere hastas lentas, id est, pampinos vel ramos folijs mollibus. Vt. i. quemadmodū vitis est decori arboribus, id est, maritata cum arboribus affert illis pulchritudinem. & vt vuæ sunt decori, id est, pulchritudini vitibus. & vt tauri sunt decori gre= gibus, & segetes sunt decori aruis pinguibus, ita tu es omne decus, id est, honor tuis. Postquam Fata tulerunt te, id est, mors fatalis rapuit, ipsa Pales Dea pas= torum & ipse Apollo, i. qui & ipse aliquando pastor fuit reliquit agros.

B iij

vallic.

frondibus
aras.

Infœlix lolium, & steriles dominantur auenæ,
Promolli viola, pro purpureo narcisso
Carduus: & spinis surgit paliurus acutis,
Spargite humum folijs, inducite fontibus vmbas
Pastores: mandat fieri sibi talia Daphnis,
Et tumultum facite, & tumulto superaddite carmen:
Daphnis ego in siluis, hinc vsq; ad sydera notus
Formosi pecoris custos, formosior ipse,

Me. Tale tuum carmen nobis diuine poeta:
Quale sopor fessis in gramine, quale per æstum #
Dulcis aquæ saliente sitim restinguere riuo,
Nec calamis solum æquiparas, sed uoce magistrum,
Fortunate puer, tu nunc eris alter ab illo, #
Nos tamen hæc quocūq; modo tibi nostra uicissim
Dicemus, Daphninq; tuum tollemus ad astra,
Daphnin ad astra feremus: amauit nos quocq; Daphnis,

¶ Ecphrasis.

¶ Lolium herba inimica mesibus infœlix. i. sterile & noctuū, auenæ steriles, quia & auenæ fructuosa nascuntur in sulcis, quibus mandauimus, id est, seminauimus grandia ordea. Carduus & paliurus herbæ spinosæ acutis spinis, surgit, id est nascitur pro viola molli, & pro narcisso flore purpureo. O pastores spargite, id est, implete, humum, id est, terram floribus & inducite vmbas fontibus, quia Daphnis talia fieri sibi mandat. E facite tumultum, id est, sepulchrum, & superaddite carmen tumulto, id est, Epitaphium quod sequitur. Ego Daphnis notus in siluis, & hinc vsq; ad sydera sum custos formosi pecoris, sed ego ipse formosior. O Poeta diuine tuum carmen est nobis tale, id est, tam dulcis res, qualis est sopor fessis à labore, in gramine, id est, prato herbofo, & quale, id est, quam dulcis res est restinguere sitim, per æstum, id est, per medium solis calorem. riuo salienti, id est, scaturienti, vel ebullienti aquæ dulcis. Nec solum æquiparas, id est, ex æquis magistrum, calamis, id est, fistularum cantu, sed etiam uoce, id est, cantu naturali. O puer fortunate tu eris nunc alter, id est, secundus, ab illo, id est, post magistrum tuum. Tamen nos dicemus hæc nostra, scilicet carmina, uicissim, id est, alternatim. Quocūq; modo, id est, qualitercūq; poterimus. Et tollemus ad astra, id est, extollemus, tuum Daphnin, id est à te amatum, atq; laudatum. Daphnin in quâ feremus ad astra. Quia Daphnis quocq; amauit nos, id est, fuit nobis amicus.

Mo. An quicq; nobis talis sit munere maius?
Et puer ipse fuit cantari dignus, & ista
Iam pridem Stimichon laudauit carmina nobis,
M. Candidus insuetum miratur limen olympi:
Sub pedibusq; videt nubes, & sydera Daphnis,
Ergo alacres syluas, & cætera rura voluptas,
Panaq; pastoresq; tenet, Dryadasq; puellas,
Nec lupus insidias pecori: nec retia ceruis
Vlla dolum meditantur: amat bonus oia Daphnis,
Ipsi lætina uoces ad sydera iactant
Intonsi montes, ipsæ iam carmina rupes:
Ipsa sonant arbuta; Deus Deus ille Menalcha,
Sis bonus, o fœlixq; tuis, en quattuor aras,
Ecce duas tibi Daphni, duocq; altaria Phœbo,
Pocula bina nouo spumantia lacte quot annis,

¶ Ecphrasis:

¶ An quicquam sit nobis maius tali munere, id est, nullum potest mihi esse munus hoc maius. Et ipse Daphnis fuit puer dignus cantari, id est, cantu laudari. Et Stimichon nomē est pastoris ampridē laudauit nobis ista carmina, quibus Daphnin nostrum in cœlum extulisti. Daphnis candidus, id est, iam Deus & indutus immortalitate. Miratur limen olympi insuetum, id est, quod antea non uidit. Et Daphnis uidet sub pedibus nubes & sydera. Ergo voluptas tenet syluas alacres, & tenet cætera rura, & tenet Pana, & pastores, & puellas Dryadas. Nec lupus meditatatur insidias pecori, nec vlla retia meditantur insidias pecori. Quod fiebat dum uiueret Daphnis, sed bonus Daphnis amat oia. Ipsi montes intonsi, id est, frondosi, & nunquam cæsi iactant uoces ad sidera læticia, id est, præ nimia uoluptate. Et ipsæ rupes iam sonant carmina. Et ipsa arbuta iam sonant carmina. Ergo o Menalcha ille Daphnis Deus Deus est, quia hæc non potuissent nisi in altius Dei consecratione fieri. Quandoquidem igitur o Daphne deus es, sis bonus, id est, benignus et fœlix. i. propitius nobis, qui tibi fauemus. O Daphni en tibi quattuor aras, id est, aspice. Et en duo altaria Phœbo, ac si dicat o Daphni aspice quattuor aras, quæ sint duæ tibi tantum aræ, et duo sint altaria Phœbo. Nam aræ inferorum sunt et superiorum, sed altaria tantum superiorum, Et ego statuam tibi quotannis bina pocula spumantia lacte nouo.

Alterā
pars ælo
gæ, quæ
canit post
complora
tionē diu
nitatis Da
phnidos.
Est enī Iu
lius inter
Deos rela
tus.

BUCOLICORVM

Craterasq; duos statuum tibi pinguis oliui:
 Et multo in primis hilarans conuiuia Baccho,
 Ante focum, si frigus erit: si messis, in umbra,
 Vina nouum fundam calathis Aruisia nectar.
 Cantabunt mihi Damoetas, & Lyctius Aegon;
 Saltantes Satyros imitabitur Alphefibœus.
 Hæc tibi semper erunt, & cum solennia vota
 Reddemus Nymphis, & cum lustrabimus agros,
 Dum iuga montis aper, fluuios dum piscis amabit,
 Dumq; thymo pascentur apes, dum rore cicadæ,
 Semper honos, nomenq; tuum, laudesq; manebunt,
 Vt Baccho, Cereriq; tibi sic vota quotannis
 Agricolaë facient: damnabis tu quoq; votis.
 Mo. Quæ tibi, quæ tali reddam pro carmine donas
 Nam neq; me tantum venientis sibilus austru,
 Nec percussa iuuant fluctu tam littora, nec quæ
 Saxofas inter decurrunt flumina valles,

¶ Ecphrasis.

Et statuum, id est ponam, et sacrificabo tibi duos crateres plenos oliui pinguis. Et in primis ego hilarans, id est, lætificans conuiuia multo Baccho, id est uino, fundam. i. miscebo uina aruisia ab Aruisio Chij Promontorto. appositue nouum nectar, id est, potum diuinum, quod sum facturus ante focum si erit frigus, id est hyems. si messis erit, id est æstas, in umbra. Damoetas & Aegon Lyctius, id est Cretenfis, quia Lyctos est urbs Crete, cantabunt mihi. Et Alphefibœus imitabitur satyros saltantes, quia mos erat in sacris canere & saltare. Hæc supple sacra erunt tibi semper cum reddemus Nymphis uota solennia, id est, anniuersaria. & cum lustrabimus agros facientes sacra pro frugibus. Et ita honos tuus, & nomen tuum, & laudes tuæ manebunt semper, dum aper amabit iuga, id est, cacumina montis, & dum piscis amabit fluuios. & dum apes pascentur thymo frutice odorato. & agricolaë sic facient tibi uota quotannis, id est singulis, ut faciunt Baccho & Cereri: & tu quoq; damnabis, id est, obligabis illos uotis. Quæ dona ego reddam tibi pro tali carmine? Nam neq; sibilus, id est, stridor Austri uenientis tantum iuuat me, nec littora percussa fluctu tam, id est, tantum iuuant me, nec flumina quæ decurrunt inter ualles saxofas tantum iuuant me.

AEGLOGA VI.

FO. XIII

Me. Hæc nos fragili donabimus ante cicuta,
 Hæc nos, Formosum Corydon ardebat Alexin:
 Hæc eadem docuit, Cuium pecus, an Melibœi,
 Mo. At tu sume pedum: quod, me cum sæpe rogaret,
 Non tulit Antigenes, & erat tum dignus amari,
 Formosum paribus nodis, atq; ære Menalca.

Hunc Antigenem conuulsum fuisse perhibent.

POETA SILENI CANTILENAM RECITAT ad Varum de uita Epicurea, & mundi ortu. Aegloga Sexta.



Rima Syracusio dignata est ludere uersu
 Nostra, nec erubuit syluas habitare, Thalia,
 Cum canerem reges, & prælia, Cynthius aurem
 Vellit, & admonuit: pastorem, Tityre, pingues
 Pacere oportet oues: deductum dicere carmen.

¶ Ecphrasis.

Nos donabimus te ante hæc cicuta fragili, scilicet primo Bucolico. Hæc cicuta docuit nos, Corydon ardebat Alexin formosum, id est secundum. & hæc eadem docuit Cuium pecus, an Melibœi, id est tertium. at tu nunc sume pedum formosum paribus nodis atq; ære, quod pedum cum sæpe Antigenes rogaret me, non tulit, etsi erat dignus amari.

PRIMA Syracusio. Silenus inducitur in hoc Bucolico cantans de rerum creatione primum, deinde multas fabulas tangit, sed prius disponit quomodo Silenus inductus est ad canendum, Dicit ergo Poeta. Prima nostra Thalia, id est, Musa, quoniam Thalia una est ex nouem Musis, dignata est ludere, id est canere uersu Syracusio, id est Theocritio. quia Theocritus quem in hoc opere Vergilius imitatur, Siculus & Syracusæ Siciliae ciuitas est. nec erubuit nostra Thalia habitare syluas, id est, non puduit illam carmen bucolicum, quod est infimum omnium scribere. Cum ego canerem, id est, canere uellem, reges & prælia, id est prælia regum. Cynthius Apollo dictus à Cyntho monte Deli in quo natus est. uellit, id est uulsi, uellicando pupugit aurem. & admonuit. me pastorem, id est, Poetam res pastoricias scribentem dicens. O Tityre oportet pascere oues pingues, id est, Bucolica scribere. & oportet dicere carmen deductum, id est subtile.

BUCOLICORVM

Extenua =
stilo.

Nunc ego (namque super tibi erunt, qui dicere laudes
Vare tuas cupiant; & tristia condere bella)
Agrestem tenui meditabor arundine Musam,
Non iniussa cano: si quis tamen hæc quoque, si quis
Captus amore leget, te nostræ, uare, myricæ,
Tenemus omne canet; nec Phœbo gratior vlla est:
Quam sibi quæ vari præscripsit pagina nomen.
Pergite Pierides, Chromis & Nasyllus in antro
Silenum pueri somno videre iacentem,
In latum hesternò venas, ut se imper, Iacho,
Serta procul tantum capiti delapsa iacebant:
Et grauis atrita pendebat cantharus ansa.
Aggressi nam sæpe senex spe carminis ambos
Luserat: inijciunt ipsis ex vincula fertis.
Addit se sociam, timidisque superuenit Aegle:
Aegle naiadum pulcherrima: iaque videnti
Sanguineis frontem moris, & tempora pingit

¶ Ecphrasis.

Nunc ego. Hoc Bucolicum Varo inscribit dices. O Vare ego meditabor nunc. i. canam
siluestre Musam. i. bucolica arundine tenui, i. humili stilo. Ego cano non iniussa im-
mo iussa ab Augusto Cesare. Sed tamen si quis captus amore leget hæc quoque, scilicet
carmina siluestria, o Vare nostræ myricæ, id est Bucolica, et omne nemus canet te,
nec vlla pagina, id est, charta est gratior Phœbo, quam illa quæ præscripsit, id est,
intitulauit nomen vari sibi. O Pierides, id est, o Musæ. Pergite, id est, continua-
te carmen. Chromis & Nasyllus pueri videre Silenum Bachi iacentem in antro
inflatum venas, id est, habentem venas inflatas Iacho hesternò, id est, vna die præ-
teriti. Ut semper quia perpetua est illa ebrietas. Tantumserta, scilicet delapsa ca-
piti, id est, à capite iacebant procul, id est prope, & cantharus grauis, vel quia
magnus, vel vno plenus pendebat ansa atrita ob utrimque usum. Aggressi pue-
ri inijciunt vincula ex ipsis fertis, id est, ligant illum. Nam senex, id est, Silenus lu-
serat ambos spe carminis, quia illis pollicitus fuit se cantaturum. Aegle pulcher-
rima naiadum addit se ipsam sociam, & superuenit timidis, id est, pueris dubitan-
tibus. Et pingit moris sanguineis, id est, rubeis frontem, & tempora illi iam
videnti, id est soluto ebrietate.

AEGLOGA VI. FO. XV.

Ille dolum ridens, Quo vincula neccitis: inquit,
Soluite me pueri: satis est potuisse videri,
Carmina, quæ vultis, cognoscite: carmina vobis,
Huic aliud mercedis erit. simul incipit ipse,
Tum vero in numerum Faunosque, ferasque videres
Ludere; tum rigidas motare cacumina quercus,
Nec tantum Phœbo gaudet Parnassia rupes:
Nec tantum Rhodope miratur, & Ismarus Orphea:
Quantum omnis mundus gaudet cantante Sileno,
Namque canebat, uti magnum per inane coacta
Semina terrarumque, animæque, marisque fuissent,
Et liquidi simul ignis: ut his exordia primis
Omnia, & ipse tener mundi concreuerit orbis,
Tum durare Solum, & discludere Nerea ponto
Cœperit, & rerum paulatim sumere formas,
Iamque nouum terræ stupeant lucescere solem:

Hic uersus
adulterinè
uidetur.

Ecphrasis.

Ille Silenus ridens dolum (inquit) o pueri quo neccitis uinculae soluite me:
quia satis est potuisse uideri. Ideo cognoscite carmina quæ uultis. Carmina erunt
uobis merces uestri operis. & aliud mercedis erit huic, scilicet stuprum. Tum
uero uideres, id est, uidere posses Faunos & feras ludere. id est moueri, in nume-
rum, id est in ordinem. & uideres quercus rigidas, id est duras. motare cacumina,
id est summitates arborum. Nec rupes Parnassia, id est, Parnassus mons tantum
gaudet Phœbo in cuius tutela est. Nec Rhodope & Ismarus montes in Thra-
cia tantum miratur Orphea, qui montes illos carminibus celebravit. Quantum & cæ.
hoc non est carmen Vergilianum. Namque Silenus canebat. uti, id est quemadmo-
dum semina, id est atomi. per magnum inane, id est, per spatium hoc immensum
coacta, id est, coadunata fuissent principia terrarum. & aeris, quam uocant animam
& maris, id est, aquæ & ignis liquidi. Et canebat uti, id est, quemadmodum om-
nia exordia concreuerint ex his primis quatuor elementis. Et ipse orbis, id est,
globus mundi concreuerit. Tum postea canebat, quemadmodum orbis cœperit.
durare, id est, durum facere solum, id est superficiem terræ. & cœperit discludere,
id est segregare à se Nerea ponto, id est, ipsum mare cum numine ipsius præside.
& quemadmodum orbis cœperit paulatim sumere formas, id est, species rerum. Et
canebat quemadmodum terræ stupeant, id est, mirentur solem nouum lucescere.

Altius atq; cadant summotis nubibus imbres,
 Incipiant syluæ cum primum surgere; cumq;
 Rara per ignotos errent animalia montes.
 Hinc lapides Pyrrhæ iactos, Saturnia regna,
 Caucaſeaſq; refert uolucres, furtumq; Promethæi.
 His adiungit, Hylam nauæ quo fonte relictum
 Clamaſſent; ut littus Hyla Hyla omne sonaret,
 Et fortunatam, ſi nunquam armenta fuiſſent,
 Paſiphaën niuei ſolatur amore iuueni:
 Ah uirgo infelix, quæ te dementia cepit!
 Prætides implerunt falſis mugitibus agros:
 At non tam turpes pecudum tamen ulla ſecuta eſt
 Concubitus, quamuis collo timuiſſet aratrum,
 Et ſæpe in læui quæſiſſet cornua fronte.
 Ah uirgo infelix, tu nunc in montibus erras:
 Ille latus niueum molli fultus hyacintho

¶ Ecpheſis.

Atq; ut, id eſt, quemadmodum imbres cadant altiſ, id eſt, è coelo. ſublatis ni-
 bibus, id eſt, reſolutis. cum, id eſt, quo tempore ſyluæ, id eſt, arbores incipiunt pri-
 mum ſurgere. & cum, id eſt, quo tempore animalia rara, id eſt, tunc adhuc non
 frequentia errent per montes ignotos. Hinc Silenus refert cantando lapides
 Pyrrhæ iactos, id eſt, quemadmodum homines ex lapidibus ſunt reparati. fur-
 tumq; Promethæi, id eſt, ignem, quem Promethæus furatus eſt è coelo. & uolus-
 cres caucaſeas, id eſt, quemadmodum Prometheus propter illud furtum in Cau-
 caſo monte religatus eſt, & eius uiscera ab aquila roduntur. His Silenus adiun-
 git, quo fonte Hylam Herculis comitem relictum nauæ clamaſſent. & adiungit
 ut, id eſt, quomodo littus illud ſonaret. O Hyla O Hyla, quæ uox erat quærentium
 illum. & ſolatur Silenus Paſiphaen de amore iuueni niuei, fortunatam ſi armen-
 ta nunquam fuiſſent, dicit propter taurum quem amabat. Ah commiferantis eſt,
 uirgo, infelix de corrupta dixit uirgo. quæ dementia cepit te? Prætides. i. præti-
 filæ, quæ ſibi uaccæ eſſe uidebantur, quia ſe Iunoni prætulerant. implerunt ag-
 gros mugitibus falſis, id eſt, non ueris. ſed non ulla, id eſt, nulla ex eis ſecuta eſt
 concubitus tam turpes. quamuis timuiſſet aratrum collo, & quæſiſſet cornua in
 fronte læui, id eſt, plana & ſine cornibus. Ah uirgo infelix, tu erras nunc in mon-
 tibus. ſed ille iuuenus tui ſecurus fultus latus niuei hyacintho molli, id eſt, herba

Per ignas
 ros in coſ
 dice uetus
 ſto. Gelli
 dictionem
 hanc iter
 eas recens
 ſet, quæ a-
 tiue &
 paſiue ac
 cipiuntur.
 Alludit ad
 ludos i ho-
 norè Her-
 culis inſti-
 tutos.

Ilice ſub nigra pallentes ruminat herbas,
 Aut aliquam in magno ſequitur grege. claudite Nymphæ
 Dictææ, Nymphæ nemorum iam claudite ſaltus,
 Si qua forte ferant oculis ſeſe obuia noſtris
 Errabunda bouis ueſtigia; forſitan illum
 Aut herba captum uiridi, aut armenta ſecutum
 Perducant aliquæ ſtabula ad Gortynia uaccæ.
 Tum canit Heſperidum miratam mala puellam,
 Tum Phaetontidas muſco circundat amaræ
 Corticis; atq; Solo proceras erigit alnos.
 Tum canit errantem Permeſſi ad flumina Gallum
 Aonas in montes ut duxerit una ſorum:
 Utq; uiro Phœbi chorus aſſurrexerit omnis;
 Ut Linus hæc illi diuino carmine paſtor,
 Floribus, atq; apio crines ornatus amaro
 Dixerit; hos tibi dant calamos (en accipe) Muſæ,

¶ Ecpheſis.

Ruminat ſub Ilice nigra herbas pallētes. aut ſequitur aliquā iuuençā in grege
 magno. O Nymphæ Nymphæ Dictææ, id eſt, Cretenſes claudite claudite iam
 ſaltus nemorum. Et ſi qua ueſtigia bouis errabunda, id eſt, errantia ferant ſeſe obs-
 uia noſtris oculis, id eſt, offerentur nobis. forſitan aliquæ uaccæ perducant illum
 iuuençum captum herba uiridi, aut ſecutum armenta, non autem amorem Paſipha-
 es ad ſtabula Gortynia, id eſt, Cretenſia, quia Cortynos in Creta eſt urbs. Tum
 Silenus canendo circundat muſco amaræ corticis, id eſt, lanugine Phaetontias
 das, id eſt, ſorores Phaetontis ad Eridanum Italiæ fluuium in arbores
 conuerſas. & erigit, id eſt, canendo facit ut uideatur erigere ſolo, id eſt, à terra
 alnos proceras, id eſt, arbores altas. Tum canit Silenus Gallum poetam Vergilij
 amciſſimum errantem ad flumina Permeſſi fluuij Bœotia. ut, id eſt, quemadmo-
 dum una ſorum, id eſt, nouem Muſarum duxerit illum in montes Aonios, id eſt,
 Thebanos, qui ſunt Muſis conſecrati. & ut, id eſt, quemadmodum omnis chorus
 Phœbi, id eſt, Muſæ ipſæ, quæ ſunt in Phœbi tutela, aſſurrexerit illi, id eſt, in ho-
 norem illius. & ut, id eſt, quemadmodum Linus paſtor Apollinis filius ornatus cri-
 nes floribus atq; apio amaro, id eſt, coronatus dixerit illi, hæc quæ ſequuntur, car-
 mine diuino. O Galle Muſæ dant tibi hos calamos, en accipe illos.

que madmodu sint
 u date muſæ re fert
 mons Helicon

BUCOLICORVM.

Et certamen erat, Corydon cum Thyrside, magnum:
 Posthabui tamen illorum mea seria ludo:
 Alternis igitur contendere uersibus ambo
 Cœpere: alternos Musæ meminisse volebant,
 Hos Corydon, illos referebat in ordine Thyrsis,
 C. Nymphæ, noster amor, Libethrides, aut mihi carmen, #
 Quale meo Codro, concedite (proxima Phœbi
 Versibus ille facit) aut si non possumus omnes,
 Hic arguta sacra pendebit fistula pinu. #
 T. Pastores hedera crescentem ornate poëtam.
 Arcades, inuidia rumpantur ut ilia Codro,
 Aut si ultra placitum laudarit, baccare frontem
 Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro,
 C. Setosi caput hoc apri tibi Delia paruus,
 Et ramosa Mycō viuacis cornua cerui,
 Si proprium hoc fuerit, læuīde marmore tota #
 Puniceo stabis, suras euincta Cothurno, #

si id non
 pos.

¶ Ecphrasis.

Et Corydon cum Thyrside erat magnū certamē. i. uterq; certabat. Tamē posthabui. i. postposui mea seria ludo illorū. i. serias res iocosis. Igitur ambo cœperūt contendere uersibus alternis: quia musæ uolebāt meminisse alternos. s. uersus. Corydō referebat hos. i. priores: & Thyrsis referebat illos. i. posteriores, ordine. i. per ordinem. O nymphæ Libethrides dictæ à Libethro Heliconis fonte. appo. noster amor aut cōcedite mihi carmē, quale cōcessistis meo Codro amico & poëta: nā ille facit carmina proxima. i. similia uersibus Phœbi: aut si oēs non possumus talia facere carmina. fistula arguta. i. sonora pēdebit hic in hac pinu sacra. s. Cybeli deorum matri. O pastores ornate hedera. i. coronate poëta crescentē, pastores in quā arcades, qui sunt optimi cātōres, atq; ideo indices idonei: ut ilia. i. intestina tenuiora rūpātur Codro inuidia. aut si laudarit ultra placitum. i. plus quā placeo: unde sequatur fascinum: cingite frontem bacchare: herba fascinum pellente: ne lingua mala, id est fascinatoria noceat futuro uati. O Delia. i. Diana Mycon paruus puer dedicat tibi hoc caput apri setosi: & dedicat tibi cornua ramosa cerui uiuacis: qui diu uiuit. si hoc fuerit: q; faciam carmina qualia Codrus. tu Diana facta tota de marmore læui stabis euincta suras cothurno puniceo, id est, purpureo.

AEGLOGA SEPTIMA.

Fo. xvij.

T. Sinum lactis, & hæc te liba Priape quotannis
 Expectare sat est: custos es pauperis horti.
 Nunc te marmoreum pro tempore fecimus: at tu,
 Si foetura gregem suppleuerit, aureus esto.
 C. Nerine Galatea, thymo mihi dulcior Hyblæ,
 Candidior cygnis, hedera formosior alba,
 Cum primū pasti repetent præsepia tauri,
 Si qua tui Corydonis habet te cura, uenito.
 T. Immo ego Sardois uidear tibi amarior herbis,
 Horridior rusco, proiecta uilior alga, *Dyrus*
 Si mihi non hæc lux toto iam longior anno est,
 Ite domum pasti, si quis pudor, ite iuueni.
 C. Muscosi fontes, & somno mollior herba,
 Et quæ vos rara uiridis tegit arbutus umbra:
 Solstitium pecori defendite: iam uenit æstas
 Torrida, iam læto turgēt in palmitē gemmæ.
 T. Hic focus, & tædæ pingues, hic plurimus ignis

¶ Ecpbrasis.

¶ O Priape satis est tibi expectare quotannis à me sinum, id est, poculum lactis, atq; hæc liba: quia es custos horti pauperis. Nunc ego feci te marmoreum pro tēpore, id est temporis angustia. sed tu esto. i. eris aureus si foetura suppleuerit, id est, refecerit gregē. O Galatea Nerine, id est, Nerei filia dulcior mihi thymo Hyblæ, id est melle siculo. & candidior cygnis. & formosior hedera alba, quia sunt & iugræ hederae. Si qua cura tui Corydonis, id est, mei, habet te, id est, si me amas. uenito ad me cū primū tauri pasti repetēt præsepia. i. sub occasum solis. Immo ó Galatea ego uidear tibi amarior herbis sardois, unde cōficitur mel amarissimum. horridior rusco herba spinosa. & uilior alga. vulgo oua proiecta, id est, quæ proijcitur: si hæc lux. i. hic dies non est mihi longior anno dum expecto aduentum Galatæe. O iuueni pasti ite domum si quis pudor est: quia iam est uesper. O fontes muscosi, id est, musco ex uligine circumducti. & ó herba mollior somno. & ó arbutus, quæ arbutus tegit nos umbra rara propter frondium raritatem. defendite solstitium, id est, æstatem pecori, quia æstas torrida iam uenit. & gemmæ, id est, uitium germina iam turgent, id est, erumpunt in palmitē. Hic focus est. & tædæ pingues sunt. & ignis plurimus est semper.

C ij

BVCO LICORVM.

Semper, & assidua postes fulgine nigri.
 Hic tantum Boreæ curamus frigora, quantum
 Aut numerum lupus, aut torrentia flumina ripas,
 C. Stant & iuniperi, & castaneæ hirsutæ:
 Strata iacent passim sua quæq; sub arbore poma,
 Omnia nunc rident: at si formosus Alexis
 Montibus his abeat, videas & flumina sicca,
 T. Aret ager, vitio moriens sitit aëris herba:
 Liber pampineas inuidit collibus umbras.
 Phyllidis aduentu nostræ nemus omne virescit:
 Iuppiter & læto descendet plurimus imbri,
 C. Populus Alcidae gratissima, vitis Iaccho, #
 Formosæ myrtus Veneri, sua laurea Phœbo:
 Phyllis amat corylos: illas dum Phyllis amabit,
 Nec myrtus vincet corylos, nec laurea Phœbi.
 T. Fraxinus in syluis pulcherrima, pinus in hortis,
 Populus in fluuijs, abies in montibus altis, #

¶ Ecphrasis.

Et postes sunt nigri fulgine assidua. & hic ubi nos sumus tantum curamus frigora Boreæ, quantum autem lupus curat numerum ouium: ut inde non rapiat quod vult, aut flumina torrentia curant ripas cum alueus redundat. Iuniperi stant hic ubi nos sumus: & castaneæ hirsutæ stant, i. horrent. & poma iacent strata passim: quæq; poma sub sua arbore. Omnia rident nunc. i. sunt læta. At si Alexis formosus abeat his montibus videas etiam flumina sicca. Ager aret: & herba moriens vitio aëris sitit. & liber, id est, Bacchus inuidit collibus umbras pampineas, quia inter nos germinauerunt. sed omne nemus virescit aduentu nostræ Phyllidis. & Iuppiter plurimus descendet imbri læto. i. omnia letificante. Populus arbor est gratissima Alcidae. i. Herculi, quia est in ipsius tutela. & vitis est gratissima Iaccho. i. Baccho, quia sibi dedicata. & myrtus est gratissima Veneri formosæ. & sua laurea. i. laurus est gratissima Phœbo. quia illa Veneri, hæc Phœbo consecrata est. Sed Phyllis amat corylos: & dum Phyllis amabit illas, nec myrtus Veneris, nec laurea Phœbi vincet corylos: quia Phyllidi sunt dedicata. Fraxinus est arbor pulcherrima in syluis. & pinus est arbor pulcherrima in hortis. populus est pulcherrima in fluuijs, & abies est pulcherrima in montibus altis.

AEGLOGA OCTAVA,

Fo. xix.

Sæpius at si me Lycida formose reuifas
 Fraxinus in syluis cedet tibi, pinus in hortis,
 M. Hæc memini, & victum frustra contendere Thyrsim:
 Ex illo Corydon Corydon est tempore nobis.

Cedat.

¶ Aegloga octaua ad Pollionē. Pharmaceutria poëte.
 Collocutores Damon & Alphefibœus.



Astorum musam Damonis, & Alphefibœi,
 Immemor herbarum quos est mirata iuuenca.
 Certantes quorum stupefactæ, carmine lynces,
 Et mutata suos requierunt flumina cursus,
 Damonis musam dicemus, & Alphefibœi.

Pharma
 ceutria

Tu mihi, seu magni superas iam saxa Timauī,
 Siue oram Illyrici legis æquoris, en erit vnquam
 Ille dies, mihi cum liceat tua dicere facta:
 En erit, vt liceat totum mihi ferre per orbem

¶ Ecphrasis.

At o Lycida formose si reuifas me sæpius: fraxinus cedet tibi in syluis: et pinus cedet tibi in hortis. Concludit Melibœus dicens. Hæc memini & Thyrsim uictum frustra contendere cū Corydone. & ex illo tempore Corydon est nobis Corydon.

Pastorum. Introducuntur duo pastores Damon & Alphefibœus. quorū prior conqueritur de Nyssa quæ cum sibi fuisset destinata uxor: Mopso tradita est. Alter uero qui per carmina magica Daphnim ad se pellicere conatur. Dicit itaq; poëta. Nos dicemus musam. i. cantus Damonis & Alphefibœi pastorum: quos cantantes, id est, dum cantant: iuuenca immemor herbarum mirata est: tanta erat cantus dulcedo: & quorum carmine lynces sunt stupefactæ: & flumina mutata ex cursu naturali requierunt, id est, requiescere fecerunt suos cursus: nos inquam dicemus musam Damonis, & Alphefibœi. Dicit igitur ad Augustum Cæsarem, qui eo tempore in Dalmatia bellum gerebat. O Cæsar, seu superas saxa Timauī magni qui fluuius est Dalmatiæ: siue legis, id est, nauigas oram æquoris Illyrici. en, id est, nunquid erit unquam ille dies cum liceat dicere tua facta. en erit ille dies ut liceat mihi ferre, id est, diuulgare per orbem.

BUCOLICORVM:

Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno:
 A te principium: tibi desinet, accipe iussis
 Carmina coepta tuis, atq; hanc sine tempora circum
 Inter victrices hederam tibi serpere lauros,
 Frigida vix caelo noctis decesserat umbra,
 Cum ros in tenera pecori gratissimus herba est,
 Incumbens tereti Damon sic coepit oliuae,
 D. Nascere, praecipue diem veniens age Lucifer alium;
 Coniugis indigno Nysae deceptus amore
 Dum queror, & diuos, quanquam nil testibus illis
 Profeci, extrema morienstamen alloquor hora,
 Incipe Menalios mecum mea tibia versus,
 Maenalus argutumq; nemus, pinosq; loquentes
 Semper habet, semper pastorum ille audit amores,
 Panaq; qui primus calamos non passus inertes,
 Incipe Menalios mecum mea tibia versus,
 Mopso Nysa datur: quid non speremus amantes?
 Iungentur iam gryphes equis: auocq; sequenti#

¶ Ecphrasis.

tua carmina digna cothurno Sophocleo. i. tragœdia Sophoclis, ac si dicat stilo magno. A te principium. s. sumet musa, & tibi. i. in te desinet. Sed interea accipe carmina coepta tuis iussis. & sine. i. permittite hanc hederam. i. hoc bucolicum serpere tibi inter lauros victrices. i. triumphales. Vix umbra frigida noctis discesserat caelo. s. luce aduentante. Cum quo tempore ros est gratissimus pecori in herba tenera: Damon incumbens oliuae tereti, id est baculo oleagino: coepit canere sic. O Lucifer praeveniens diem alium age nascere. ego deceptus amore Nysae coniugis, id est, destituta dum queror, & tamen moriens alloquor deos in extrema hora mortis. quanquam illis testibus. s. in sponsalibus, quando fuit mihi promissa, nil profeci, quia rupit fidem. O mea tibia, incipe mecum uersus Maenalios, id est, pastores. ideo subdit. Maenalus habet semper nemus argutum, id est, cantu resonante, & pinos loquentes per Echo. Ille semper audit amores pastorum: & Pana quoque, qui primus non est passus calamos esse inertes, quia ex illis fistulam fecit. Nysa datur Mopso, ex quo facto nos amantes quid non speremus, id est, timeamus? Iam gryphes iungentur equis. & euo sequenti

AEGLOGA OCTAVA,

FO. XX.

Cum canibus timidi venient ad pocula damæ,
 Mopse novas incide faces, tibi ducitur vxor,
 Sparge marite nuges: tibi deserit Hesperus Oetam,
 Incipe Maenalios mecum mea tibia versus,
 O digno coniuncta viro, dum despicias omnes,
 Dumq; tibi est odio mea fistula, dumq; capellæ,
 Hirsutumq; supercilium, proluxaq; barba,
 Nec curare deum credis mortalia quenquam,
 Incipe Maenalios mecum mea tibia versus,
 Sepibus in nostris paruum te roscida mala
 (Dux ego vester eram) vidi cum matre legentem,
 Alter ab undecimo tum me iam ceperat annus:
 Iam fragiles poteram a terra contingere ramos,
 Ut vidi, ut perij, ut me malus abstulit error.
 Incipe Maenalios mecum tibi tibia versus,
 Nunc scio quid sit amor: duris in cotibus illum
 Ismarus, aut Rhodope, aut extremi Garamantes,
 Nec nostri generis puerum, nec sanguinis edunt.

¶ Ecphrasis.

damæ timidi venient ad pocula cum canibus. Quæ sunt impossibilia. O Mopse incide ex ligno novas faces, quia tibi. i. a te ducitur uxor. & o marite sparge nuges: quia hesperus. i. uesper tibi deserit Oetam matrem: ut coniuge fruaris. O Nysa coniuncta viro digno: dum despicias omnes. i. me. & dum mea fistula est tibi odio. & dum capellæ sunt odio. & dum hirsutum supercilium, atq; barba horrida sunt tibi odio, nec credis quemquam deum curare mortalia. i. res humanas: Et subiungit tempus quo illam coepit amare. Ego uidi te paruum legentem. i. colligentem cum matre tua. mala roscida. i. rore sparsa in nostris sepibus. i. hortis: & ego eram dux vester in hortis demonstrandis. alter annus, id est, secundus ab undecimo. i. duodecimus ceperat iam me. & ego poteram iam contingere a terra ramos fragiles: quia altiores nondum poteram, ut, id est, cum uidi te: ut perij tui amore. ut malus error, id est, ignorantia abstulit, id est, perturbavit me. Nunc scio, id est, expertus sum, quid amor sit. Ismarus aut Rhodope, montes Thraciæ: aut Garamantes extremi: quia sunt in finibus Africæ edunt, id est, gignunt illum puerum. nec nostri generis, nec nostri sanguinis, id est, nihil habentem humanitatis.

Causa huius instituti lege apud Plinium libro. xv.

Pet. Bèbus legit, aut Tmarus, in libr. de Cutilice Vergilianæ.

BVCO LICORVM.

Incipe Menalios mecum mea tibia versus,
 Sæuus amor docuit natorum sanguine matrem #
 Commaculare manus: crudelis tu quoq; mater,
 Crudelis mater magis: an puer improbus ille?
 Improbus ille. puer: crudelis tu quoq; mater. ##
 Incipe Menalios mecum mea tibia versus,
 Nunc & oues ultro fugiat lupus: aurea duræ #
 Mala ferant quercus: narcisso Floreat alnus:
 Pinguia corticibus fudent electra myricæ. #
 Certent & cygnis ululæ: sit Tityrus Orpheus: *Antilla*
 Orpheus in syluis, inter Delphinas Arion. #
 Incipe Menalios mecum mea tibia versus,
 Omnia vel medium fiant mare: uiuite syluæ,
 Præceptis aëris specula de montis in undas
 Deferar: extremum hoc munus morientis habeto,
 Desine Menalios, iam desine tibia versus.
 Hæc Damon: vos, quæ responderit Alpheisibœus,
 Dicite Pierides: non omnia possumus omnes.
 Al. Effer aquam, & molli cinge hæc altaria uitta,

¶ Ecphrasis.

¶ Sæuus amor docuit matrem commaculare manus sanguine natorum, de Medea dicit, quæ filios suos interemit: ut se de Iasone ulcisceretur. tu mater fuisti quoq; crudelis: ut amor. Iterum interrogat an mater fuerit magis crudelis: an puer, id est, Cupido fuerit improbus? Et respondet quod & puer fuerit improbus: & mater fuerit crudelis. Nunc lupus ultro fugiat oues. & quercus duræ ferant mala aurea: & alnus floreat narcisso. i. ferat florē nō suū. & myricæ sudēt ex corticibus electra pinguia: quæ sunt alterius arboris: et ululæ aues nocturnæ, antillos dicuntur, certent cum cygnis de cætu. & Tityrus sit Orpheus, Orpheus dico in syluis. & sit Arion inter Delphinas, quæ a nautis in mare pectus a Delphino dorso exceptus euasit: quæ omnia impossibilia. Omnia fiant mare super. utinam. uel per saltum medium: ut syluæ uiuant. Ego deferar præceptis. i. precipitabo me in undas de specula montis aëris. i. alti.
 O Tibia desine, iam desine. i. fini uersus Menalios. Damon hæc superiora dixit. At uos o Pierides dicite quæ carmina Alpheisibœus responderit. O Amaryllida effer aquam, et cinge hæc altaria uitta molli: quasi sacra factura ministræ Amaryllida alloquitur.

Conclusio.
 optat oim
 rerū natu-
 ras mutari
 postea quā
 res tā alte-
 na accidit.

Oēs hostiæ
 solebāt uit-
 ta circūda-
 ri. Hic alta-
 re trāsfer-
 tur ad ui-
 ctimas.

AEGLOGA OCTAVA.

Fo. xxi.

Verbenasq; adole pingues, & mascula tura,
 Coniugis ut magicis sanos auertere sacris
 Experiar sensus: nihil hic nisi carmina desunt.
 Ducite ab urbe domum mea carmina, ducite Daphnin:
 Carmina vel cælo possunt deducere Lunam:
 Carminibus Dirce socios mutauit Vlyssi:
 Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis,
 Ducite ab urbe domum mea carmina, ducite Daphnin.
 Terra tibi hæc primum triplici diuersa colore
 Licia circundo, terq; hæc altaria circum
 Effigiem duco: numero Deus impare gaudet.
 Ducite ab urbe domum mea carmina, ducite Daphnin.
 Necte tribus nodis ternos Amarylli colores,
 Necte Amarylli modo, & Veneris dic uincula necto,
 Ducite ab urbe domum mea carmina, ducite Daphnin.
 Limus ut hic durefcit, & hæc ut cera liquefcit #
 Vno eodemq; igni: sic nostro Daphnis amore. ##

¶ Ecphrasis.

Et adole. i. incende uerbenas pingues, id est, gramina. & adole thura mascula. id est, crassa & lucida: ut experiar auertere, id est, perturbare sensus sanos coniugis magicis sacris. Dicit igitur coniugis pro Daphnidis imitatus Theocritum, qui phar macentriam foeminam inducit maritum carminibus euocatem, nihil iam deest hic nisi carmina, id est, incantationes. O mea carmina ducite Daphnin ab urbe domum, & quod carmina tantum habeant potestatis dicit. Carmina uel pro certe possunt deducere lunam cælo. i. de cælo. Circe quoq; solis filia mutauit carminibus. i. incantationibus socios Vlyssis: quos in bestias mutauit uarias. Anguis quoq; frigidus. i. nociuus rumpitur in pratis cantando. i. dum incantatur. Ego circundo tibi primum. i. ante omnia hæc Licia diuersa. i. diuersi coloris colore triplici. & ego duco effigiem Daphnidis ex cera factam circum hæc altaria, quæ ad hoc erexerat: & quare ter subiungit, qui a deo gaudet numero impare, id est, ternario. O Amarylli necte ternos colores tribus nodis: & inter nectendum dic ego necto uincula Veneris, id est, facio nodum Veneri dedicatum. Ut, id est, quemadmodum hic limus, id est, statua ex limo: & hæc cera. i. imago cerea, altera durefcit, & altera liquefcit uno eodemq; igni, sic Daphnis liquefcit nostro amore: & ego durefcam non redamando.

Terq; hæc
 altaria.

BUCOLICORVM.

Sparge molam, & fragileis incende bitumine lauros,
 Daphnis me malus vrit: ego hanc in Daphnide laurum,
 Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnin,
 Talis amor Daphnin: qualis, cum fessa iuencum #
 Per nemora, atq; altos quærendo bucula lucos
 Propter aquæ riuum viridi procumbit in vlua
 Perdita: nec seræ meminit decedere nocti;
 Talis amor teneat, nec sit mihi cura mederi: #
 Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnin.
 Has olim exuuias mihi perfidus ille reliquit,
 Pignora chara sui: quæ nunc ego limine in ipso
 Terra tibi mando: debent hæc pignora Daphnin,
 Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnin,
 Has herbas, atq; hæc Ponto mihi lecta venena,
 Ipse dedit Mœris: nascuntur plurima Ponto,
 His ego sæpe lupum fieri, & se condere syluis
 Mœrim, sæpe animas imis excire sepulchris,

¶ Ecphrasis.

¶ O Amarylli sparge molam, id est, salsas fruges: & incende lauros fragiles, id est, ramos bitumine, id est, materia sulphurea. & subaudi dic inter incendendum. Daphnis malus vrit me, & ego uro Daphnin in lauro. Talis amor teneat Daphnin: qualis tenet bucculam. quando fessa quærendo iuencum per altos lucos, id est, syluas sacras: illa perdita procumbit, id est, cadit in herba uiridi propter, id est, prope riuum aquæ. nec meminit discedere nocti seræ, id est, in nocte sera. Talis inquam amor teneat Daphnin, nec cura medendi sit mihi. Ille perfidus .s. Daphnis reliquit mihi olim has exuuias, id est, uestes. appo. pignora chara sui. quas o terra ego mando tibi, id est, fodio in ipso limine domus, hæc pignora debent mihi Daphnin, quasi dicat, his pignoribus sum receptura. Ipse Mœris, quem intelligimus ueneficum fuisse, dedit mihi olim has herbas, atq; hæc uenena, id est, herbas ueneficas lectas Ponto, ubi Medea solita est ueneficia exercere. nam plurima ex hoc genere nascuntur Ponto. & quod efficaciam habeant hæc herbæ, ostendit dicens. Ego uidi Mœrim fieri sæpe lupum. i. transmutari in figurâ lupinâ: & cõdere. i. abscondere se in syluis more lporum. & uidi illum excitare animas imis sepulchris: & hoc per carmina & ueneficia,

AEGLOGA NONA.

Fo. xxij.

Atq; satis alio uidi traducere messes,
 Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnin,
 Fer cineres Amarylli foras: riuoq; fluenti,
 Transq; caput iace, ne respexeris, his ego Daphnin
 Aggrediar, nihil ille deos, nihil carmina curat.
 Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnin,
 Aspice, corripuit tremulis altaria flammis
 Sponte sua, dum ferre moror, cinis ipse: bonum sit,
 Nescio quid certe est: & Hylax in limine latrat,
 Credimus: an qui amant ipsi sibi somnia fingunt: #
 Parcite, ab vrbe venit, iam parcite carmina, Daphnis,

ne, ali. nec.

¶ Aegloga nona. Collocutores

LYCIDA. ET MOERIS AMICI.



Mote Mœri pedes: an, quo uia ducit, in urbem?
 O Lycida uiui peruenimus, aduena nostri,
 (Quod nunquã ueriti sumus) ut possessor agelli

Occasio fin
 gitur. is eni
 qd dicit Ver
 gilij præ
 erat. Arrio
 i urbē Mā
 tuam mu
 nus affert.

¶ Ecphrasis.

Atq; etiã uidi illū traducere alio. i. in alienū agrū messes satas, qd ne fiat, lege duo decim tabularum prohibitū est, quæadmodū Plinius testatur in historia naturali. O Amarylli fer cineres foras. i. extra domū: & iace. i. projice in riuo fluētī: ut ueneficiū nō possit dissolui, quæadmodū uenefici putāt: & projice trās caput: nec cū projicies respexeris. Et qm̄ ille nihil curat deos & carmina: ego aggrediar Daphnin his .s. ueneficijs. Aspice, cinis ipse corripuit altaria flāmis tremulis .i. coru scis. dū moror ferre. i. morā in ferēdo feci. bonū sit. i. utinā in bonū cedat. Et cū au dissest canū latratu dixit. Nescio quid est certe. & pro quia hylax. n. p. est canis latrat in limine. Credimus subaudi Daphnidē aduētare: an qui amat ipsi fingūt sibi somnia: q. d. quæ nō audiūt putāt se audire. Parcite. ergo intelligēdū est Daphnidē uenisse: cum dicit o carmina parcite Daphnidi: quia Daphnis iam uenit ab urbe. Quo te. Introducuntur duo pastores Lycidas & Mœris Mantuam proficiscentes: quorum Mœris puer Vergilij: qui hœdos fert muneri domino agrī Vergilianī temporario. Dicit igitur Lycidas. O Mœri quo. i. in quē locū pedes ducunt te: quo inquam an uia ducit te in urbem? O Lycida nos uiui. i. diu uiuendo peruenimus ad hoc, quod nunquam ueriti sumus: ut possessor nostri agelli

BVCOLICORVM.

Diceret: hæc mea sunt, veteres migrate coloni,
 Nunc victi, tristes (quoniam sors omnia versat) #
 Hos illi (quod nec bene vertat) mittimus hœdos,
 L. Certe equidem audieram, qua se subducere colles
 Incipiunt, molliq; iugum demittere cliuo,
 Vsq; ad aquam, & veteris iam fracta cacumina fagi,
 Omnia carminibus vestrum seruasse Menalcan.
 M. Audieras, & fama fuit: sed carmina tantum
 Nostra valent, Lycida tela inter Mrrtia quantum
 Chaonias dicunt aquila veniente columbas,
 Quod nisi me quacunq; nouas incidere lites
 Ante sinistra caua monuisset ab ilice cornix,
 Nec tuus hic Mœris, nec viueret ipse Menalca.
 L. Heu cadit in quemquam tantum scelus: heu tua nobis
 Pene simul tecum solatia rapta Menalca:
 Quis caneret Nymphas: quis humum florentibus herbis
 Spargeret: aut viridi fontes induceret vmbra:

¶ Ecphrasis.

Diceret hæc mea sunt .s. prædia: & o uos coloni veteres migrate ab his agris.
 Nunc nos tristes uicti mittimus illi hos hœdos: quoniam sors, id est, fortuna
 oia uersat. i. miscet, & perturbat, & per parenthesim dixit. quod nec bene uertat,
 id est, in malum ei conuertatur. Equidem audieram uestrum Menalcan, id est,
 Vergilium seruasse omnia: ea parte qua colles incipiunt subducere se, id est,
 decliuus fieri: & demittere iugum, id est, montis altitudinem cliuo molli, id est,
 facili ascensu. usq; ad aquam, id est, fluuium, & cacumina iam fracta fagi ue-
 teris. Audieras, id est, audire potuisti: & fama fuit: sed o Lycida nostra carmi-
 na tantum ualent inter tela Martia, quantum dicunt Columbas Chaonias, id est,
 epiroticas ualere aquila ueniente. Quod nisi cornix sinistra antemonuisset me
 ab ilice caua, unde cecinit augurium, incidere nouas lites: quacunq; id est, quo-
 cunq; modo: nec hic tuus Mœris, id est, ego. nec ipse Menalca, id est, Ver-
 gilius uiueret. Heu tantum scelus cadit in quemquam ut Vergilium interficiat.
 Heu o Menalca tua solacia pene sunt rapta simul tecum. Quis caneret Nym-
 phas si tu fuisses raptus: quis spargeret, id est, impleret humum herbis florenti-
 bus: aut quis induceret fontes umbra uiridi. i. induceret umbras uirides fontibus.

Quintilia
 nus confra
 ad.

AEGLOG NONA.

Fo. xxiiij.

Vel quæ sublegi tacitus tibi carmina nuper,
 Cum te ad delicias ferres Amaryllida nostras:
 Tityre, dum redeo (breuis est uia) pasce capellas;
 Et potum pastas age Tityre: & inter agendum
 Occursare capro (cornu ferit ille) caueto.
 M. Immo hæc, quæ Varo, necdum perfecta, canebat:
 Vare tuum nomen (superet modo Mantua nobis:
 Mantua uæ miseræ nimium uicina Cremonæ)
 Cantantes sublime ferent ad sydera cygni,
 L. Sicut tuæ Cynæas fugiant examina taxos:
 Sic cytiso pastæ distentent ubera vaccæ.
 Incipe si quid habes, & me fecere poëtam #
 Pierides: sunt & mihi carmina: me quoq; dicunt
 Vatem pastores: sed non ego credulus illis,
 Nam necq; adhuc Varo uideor, nec dicere Cinna
 Digna, sed argutos inter strepere anser olores, #

¶ Ecphrasis.

Vel quis caneret ea carmina, quæ ego tacitus sublegi tibi, id est furatus sum
 nuper: cum ferres te ad Amaryllida nostras delicias, id est amicam nostram
 communem, Carmina uero erant, quæ sequuntur. O Tityre pasce capellas
 dum redeo, nam uia est breuis: & o Tityre age illas pastas potum, id est ada-
 qua illas. & inter agendum, id est dum illas agis: caueto occursare, id est occur-
 rere capro. quia illic ferit cornu. Immo quis caneret hæc carmina, quæ canebat
 Varo, quamuis nondum perfecta. O Vare cygni cantantes ferent tuum no-
 men sublime ad sydera: modo, id est, solummodo Mantua superet nobis, Man-
 tua dico nimium uicina Cremonæ miseræ: & per interiectionem dixit uæ. Sic
 aduerbium est adiurantis, tua examina fugiant taxos Cynæas, id est Cor-
 ficas, unde conficitur mel amarissimum. sic etiam uaccæ pastæ cytiso di-
 stendant ubera: quia cytissus multum lactis procreat. Incipe si quid habes,
 & me Pierides fecere poëtam, ne dedigneris mihi rem communicare. sed
 & sunt carmina, id est, composui illa: & pastores dicunt me uatem, id est
 poëtam. sed ego non sum credulus illis, id est, non credo. quia neque adhuc
 uideor poëta Varo, nec uideor dicere digna Cinna poëta illius temporis.
 sed uideor tanquam anser strepere, id est, clangere inter olores, id est cygnos.

Quia Mœ-
 ris bñ fca
 tus fuerat
 Vergilio,
 uicissim Ly-
 cidæ bñ p
 catur Mœ-
 ri, & puo-
 cat ad reci-
 tādū carmē
 aliquod.

BV COLICOR. VM.

- # M. Id quidem ago, & tacitus, Lycida, mecum ipse voluto,
 Si valeam meminisse, neq; est ignobile carmen,
 Huc ades o Galatea: quis est nam ludus in undis?
 Hic ver purpureum: varios hic flumina circum
 Fundit humus flores: hic candida populus antro
 # Imminet: & lentæ texunt umbracula vites,
 Huc ades: insani feriant sine littora fluctus.
 L. Quid: quæ te pura solum sub nocte canentem
 Audieram: numeros memini, si verba tenerem,
 # M. Daphni, quid antiquos signorum suspicis ortus?
 Ecce Dionæi processit Cæsar's astrum:
 Astrum, quo segetes gauderent frugibus: & quo
 Duceret apricis in collibus vva colorem.
 Infere Daphni pyros, carpent tua poma nepotes,
 # Omnia fert ætas, animum quoq; sæpe ego longos
 # Cantando puerum memini me condere soles.

Aliud cãti
 cũ de Iulio
 Cæsare.

¶ Ecphrasis.

O Lycida id quidem ago. & ego tacitus uoluto mecum. i. cogito: si ualeam meminisse: neq; carmen cuius meminisse uolo est ignobile. immo nobilissimum. & carmen est quod sequitur. O Galatea ades huc. nam quis ludus est in undis uersari. Hic est uer purpureum propter flores. & humus fundit .i. parit hic flores circum flumina. & populus candida, quia est & nigra, imminet hic antro. & uites lentæ, id est, flexibiles texunt umbracula. Ades inquam huc, & sine, id est, permitte, fluctus insani, id est, magni feriant littorã. Quia illa carmina & quæ audierã te solum canentem sub nocte pura. memini numeros carminis si tenerem uerba. & subdit carmina. O Daphni quid suspicis ortus antiquos signorum. Ecce astrum Cæsaris Dionæi, id est, originem à Venere ducentis processit, id est, ortum est: quod cum apparuisset persuasum est omnibus esse animam Cæsaris. Astrum dico, quo segetes gauderent frugibus: & quo astro vva duceret colorem, id est, maturitatem in collibus apricis, id est, soli expositis. & dicit hoc propter menseni Iulium in quo utrumque fit. O Daphni infere pyros: & nepotes carpent tua poma, id est, à te confita. Et repente conticuit: & dixit. ætas fert omnia, id est aufert omnia: animum quoq; id est, memoriam aufert. nam ego memini me puerum condere, id est, finire longos soles, id est, dies cantando, id est, dum canto.

AEGLOGA NONA.

Fo. xxij.

- Nunc oblita mihi tot carmina. vox quoq; Mœrim
 Iam fugit ipsa: lupi Mœrim videre priores,
 Sed tamen ista satis referet tibi sæpe Menalcas,
 L. Causando nostros in longum ducis amores.
 Et nunc omne tibi stratam silet æquor: & omnes
 (Aspice) ventosi ceciderunt murmuris auræ.
 Hinc adeo media est nobis via: namq; sepulchrum
 Incipit apparere Bianoris: hic ubi densas
 Agricolæ stringunt frondes, hic Mœri canamus;
 Hic hœdos deponere: tamen veniemus in urbem,
 Aut si nox pluuiam ne colligat ante veremur,
 Cantantes licet vsq; (minus via lædet) eamus.
 Cantantes ut eamus, ego hoc te fasce leuabo.
 M. Desine plura puer: & quod nunc instat agamus, #
 Carmina tunc melius, cum venerit ipse, canemus,

¶ Ecphrasis.

Sed nunc tot carmina sunt oblita mihi. i. à me: & uox ipsa fugit Mœrim, id est, me qui iam conticui: quia lupi priores uidere Mœrim: & obmutescencia consecuta est. Sed Menalcas referet tibi satis ista carmina. s. cum uenerit. Tu ducis in longum nostros amores, id est, cupiditatem nostram causando, id est, causas afferendo. Et omne æquor stratam, id est, immotum & tranquillum silet tibi, id est, præstat silentium. & aspice omnes auræ murmuris uentosi ceciderunt, & hinc, id est, ab hoc loco uia est nobis adeo media. namq; sepulchrum Bianoris. i. Ochni Mantuæ conditoris incipit apparere. hic ubi agricolæ stringunt frondes densas, quas porrigant bobus. & o Mœri canamus hic. & deponere hic hœdos: tamen ueniamus in urbem: quia satis superest tempus. Aut si ueremur ne nox colligat pluuiam: quia tempore uespertino plerumq; pluit. licet, id est, licitum est ut eamus cantantes usq; id est, semper. & ut, id est, ita quod eamus cantantes. ego leuabo te hoc fasce, id est, his hœdis quos uehis. O puer desine plura à me petere, & agamus quod nunc instat. Quia tunc melius canemus carmina cum ipse Menalcas uenerit.

¶ Aegloga decima & ultima. Poëta
 de Galli insano amore.

BUCOLICORVM.



Extremum hunc Arethusa mihi concede laborem;
 Pauca meo Gallo, sed quæ legat ipsa Lycoris,
 Carmina sunt dicenda; neget quis carmina Gallo?
 Sic tibi cum fluctus subtus labere Sicanos,
 Doris amara suam non intermisceat undam.

Incipe sollicitos Galli dicamus amores:
 Dum tenera attondent simæ virgulta capellæ,
 Non canimus surdis: respondent omnia syluæ.
 Quæ nemora, aut qui vos saltus habuere puellæ
 Naiades, indigno cum Gallus amore periret:
 Nam neq; Parnassi vobis iuga, nam neq; Pindi
 Vlla moram fecerunt: neq; Aonia Aganippe.
 Illum etiam lauri, illum etiam fleuere myricæ:
 Pinifer illum etiam sola sub rupe iacentem
 Mænalus, & gelidi fleuerunt saxa Lycaei,
 Stant & oues circum, nostri nec poenitet illas,
 Nec te poeniteat pecoris diuine poëta:

¶ Ecphrasis.

Extremum. Gallum poëtam amicum suum consolatur: quod Lycoris amica illo relicto se in Germaniam cum alio amatore contulit. Dicit itaq; . O Arethusa, nympa est fontis Syracusani, unde fuit Theocritus, concede mihi hunc extremum laborem: quia adhuc pauca carmina sunt dicenda meo Gallo: sed quæ ipsa Lycoris legat. nam quis neget carmina Gallo: qui maximus est poëta. O Arethusa incipe dicamus amores sollicitos Galli. Sic adiuratis est cū tu subter labere fluctus sicanos. i. siculos. Doris amara. i. mare non intermisceat suam undam. nam ut in. iij. æn. dixit ab Elide habet originē fons. Dū capellæ simæ. i. romas Hispanie. attondet. i. pascuntur uirgulta tenera, nos tanq; pastores nō canimus surdis, quia syluæ respōdet oīa per Echo. O puellæ Naiades. i. o musæ, q̄ nemora, aut q̄ saltus habuere uos. i. ubi eratis, cū Gallus periret amore indigno. Nā neq; iuga Parnasi montis in Phocide: neq; iuga Pindi Thessalie mōtis fecerūt uobis ullā morā, neq; Aganippe fons Aonia. i. Bœotie fecit uobis ullam morā. Lauri etiam fleuerunt illum. s. Gallum, & myricæ fleuerunt illum. i. commiserantes consolati sunt. Et Mænalus mons Arcadie Pinifer: & saxa Lycei gelidi fleuerūt illum. Et oues stant circum. neq; poenitet illas nri. Et o poeta diuine nō poeniteat te pecoris. i. bucolici carminis.

Gallus Asi-
 nij Pollio=
 nis fili⁹ poë-
 ta fuit.
 Hūc incre-
 pat poëta
 hic, qd' se
 nimū dis-
 cruciet: qd'
 a se sit alie
 nata puel-
 la, est autē
 ciuilis in-
 crepatio.

AEGLOGA X.

Et formosus oues ad flumina pauit Adonis,
 Venit & vpilio: tardi venere bubulci:
 Vuidus hyberna venit de glande Menalchas.
 Omnes, vnde amor iste, rogant: tibi venit Apollo:
 Galle quid insanis: inquit: tua cura Lycoris
 Perq; niues alium, perq; horrida castra secuta est.
 Venit & agresti capitis Sylvanus honore,
 Florentes ferulas, & grandia lilia quassans.
 Pan Deus Arcadiæ venit: quem vidimus ipsi
 Sanguineis ebuli baccis, minioq; rubentem:
 Et quis erit modus? inquit. amor non talia curat. #
 Nec lacrymis crudelis amor, nec gramina riuus,
 Nec cytiso saturantur apes, nec fronde capellæ. #
 Tristis at ille tamen: Cantabitis Arcades, inquit,
 Montibus hæc vestris: soli cantare periti
 Arcades, o mihi tum quam molliter ossa quiescant,
 Vestra meos olim si fistula dicat amores.

¶ Ecphrasis.

Et pro qua. Adonis formosus pauit oues ad flumina. Adonis autem Cynaræ ex Myrrha filius fuit. & Opilio venit, id est, ouium pastor. & bubulci tardi venere, id est, pastores porcorum. & Menalchas venit vuidus de glande hiberna, & hic custos porcorum erat. Omnes rogant, id est, interrogant. iste amor vnde venit tibi o Galle. & Apollo inquit, quid o Galle insanis? quia Lycoris tua cura, id est, tuus amor secuta est alium per niues atq; castra horrida, quia vt diximus in Germaniam est profecta. Et venit præterea Sylvanus, Deus Sylvanus cum honore syluestri capitis, id est, coronatus. quassans, id est, concutiens. ferulas florentes & grandia lilia. Etiam Pan Deus Arcadie venit, quem nos ipsi vidimus rubentem baccis sanguineis ebuli, qui est frutex similis sambuco & in folijs & tu baccis, & rubentem præterea minio. Et inquit Pan, quis modus, id est, finis erit. quia amor non curat talia, id est, non curat amatorum lachrymas. nec amor satiatur lachrymis, nec gramina, id est, prata saturantur riuus, nec capellæ saturantur fronde, nec apes saturantur cytiso. Tamen ille Gallus tristis inquit. O Arcades soli periti cantare hæc in montibus, id est, amatoria carmina. Arcades inquam o, id est, vtinam ossa quiescant mihi tunc quam molliter. atq; vtinam vestra fistula dicat olim meos amores.

Figit Gal-
lum respō-
dentem, ut
magis ob-
oculos po-
nat homi-
nis infanti-
am.

BUCOLICORVM

Atque utinam ex vobis vnus, vestriq; fuissē
Aut custos gregis, aut maturæ vinitor vuæ.
Certe siue mihi Phyllis, siue esset Amyntas,
Seu quicunq; furor (quid tum, si fuscus Amyntas?
Et nigræ violæ sunt, & vacinia nigra)
Mecum inter salices lenta sub vite iaceret,
Serta mihi Phyllis legeret, cantaret Amyntas,
Hic gelidī fontes; hic mollia prata Lycori:
Hic nemus: hic ipso tecum consumerer æuo,
Nunc insanus amor duri me Martis in armis,
Tela inter media, atq; aduersos detinet hostes.
Tu procul a patria (nec sit mihi credere tantum)
Alpinas ah dura niues, & frigora Rheni
Me sine sola vides, ah te ne frigora lædant:
Ah tibi ne teneras glacies secet aspera plantas,
Ibo, & Chalcidico quæ sunt mihi condita versu

¶ Ecphrasis:

Atq; utinā ego fuissē un⁹ ex vobis. i. pastor sicut vos estis, aut custos gregis, aut vi-
nitor vuæ maturæ. i. vindemiator. Certe siue Phyllis esset mihi furor. i. amor siue
Amyntas, seu quicūq; alius furor iacerent mihi intra salices sub vite lenta. i. flexibi-
li. & per parenthesim dixit, quid tum si Amyntas est fuscus, id est, niger, & uiolæ
sunt nigræ & uacina sunt nigra. sed nihilominus appetuntur. Et tunc Phyllis le-
geret mihi sertā ex floribus. & Amyntas cantaret. O lycori hic sunt fontes geli-
di & prata mollia, id est, suauiā. & nemus est hic. Et ego consumerer tecum hic
ipso æuo, id est, in ætate mea. Sed nunc amor insanus, qui homines insanos facit,
detinet me, id est, illam quam ego amo in armis Martis duri, & detinet me inter
tela & inter hostes aduersos, quia ut diximus Lycoris Antonij Castra in Germani-
niæ est profecuta. Sed tu o Lycori procul a patria, id est, Roma ah dura vides niues
alpinas, id est, alpium, qui sunt montes inter Germaniam & Italiam dicti a niuium
albedine, & vides frigora Rheni fluij Germaniæ, vides inquam sola sine me. ah
commiserantis est timeo ne frigora lædant te, & ne glacies aspera secet plantas te-
neras. Ibo & modulabor, id est, cantabo auena pastoris siculi, id est, stilo Theocri-
ti, qui, ut sæpe diximus, ex Sicilia fuit, carmina quæ sunt condita mihi, id est, a me
versu chalcidico.

ÆGLOGA X.

FO. XXVI

Carmina, pastoris Siculi modulabor auena,
Certum est in syluis, inter spelæa ferarum #
Malle pati, tenerisq; meos incidere amores
Arboribus: crescent illæ, crescetis amores. #
Interea mistis lustrabo Mænala Nymphis:
Aut acres venabor apros: non me vlla vetabunt
Frigora Parthenios canibus circundare saltus.
Iam mihi per rupes videor, lucosq; sonanteis
Ire: libet Partho torquere Cydonia cornu
Spicula: tanquam hæc sit nostri medicina furoris:
Aut Deus ille malis hominum mitescere discat.
Iam neq; Hamadryades rursus, nec carmina nobis
Ipsa placent: ipsæ rursus concedite syluæ.
Non illum nostri possunt mutare labores, #
Nec si frigoribus medijs, Hebrumq; bibamus,
Sithoniaq; niues hyemis subeamus aquosæ:
Nec si cum moriens alta liber aret in ulmo:
Aethiopum versemus oues sub sydere Cancrī. #

¶ Ecphrasis.

Constat enim Gallū poetā ex Euphorione Poeta Chalcidico transfuisse opus
quoddam. est enim Chalcis in Eubœa ciuitas. Certum est. i. decretum & delibera-
tum male pati in syluis inter spelæa ferarū. i. speluncas, et incidere meos amores
i. carmina de meis amoribus arboribus teneris. i. in corticibus illarū. Crescent illæ
arbores. & o amores vos crescetis cum illis, interea ego lustrabo Mænala mixtis
Nymphis. i. mixtus ego cum illis. Et uenabor acres apros. i. fortes, & non vlla. i.
nulla frigora uetabunt me circundare canibus saltus Parthenios, Parthenius mons
est Arcadiæ. Iam uideor mihi ire per rupes & lucos sonantes. & libet mihi tor-
quere. i. laculari spicula. i. sagittas Cydonia, id est, cretensia. tāquā hæc sit medici-
na nostri furoris. i. amoris. aut ille Deus. i. Cupido discat mitescere malis hominū.
Iam neq; Amadryades, nec ipsa carmina placent nobis. i. neq; uenatio neq; poesis.
& o syluæ ipsæ concedite. i. recedite rursus. Nam nostri labores non possunt muta-
re illum. i. amorem. Ne si. i. non possunt mutare, etiam si bibamus hebrum fluuium
Thraciæ frigidissimum in medijs frigoribus, & bibamus niues Sithonias. i. Thraci-
as, nec etiā si uersemus oues sub sydere cancri in Aethiopia. cum liber, id est, cortex
moriens propter siccitatem aret in ulmo alta, quod est per mediam æstatem.

D ij

Disceptat
quorsum
se confe-
rat amorē
exiturus

BUCOLICORVM

Omnia vincit amor; & nos cedamus amori,
 Hæc fat erit diuæ vestrum cecinisse poetam,
 Dum sedet, & gracili fiscellam textit hibisco,
 Pierides: vos hæc facietis maxima Gallo:
 Gallo, cuius amor tantum mihi crescit in horas,
 Quantum vere nouo viridis se subiicit alnus.
 Surgamus: solet esse grauis cantantibus vmbra:
 Iuniperi grauis vmbra: nocent & frugibus vmbrae:
 Ite domum saturæ, venit Hesperus, ite capellæ.

Periodus
 Bucolica.

¶ Ecphrasis.

Omnia vincit amor, ergo & nos cedamus amori. O Diuæ, id est Musæ fat erit uestrum Pœtam, id est, Vergillum cecinisse hæc, dum sedet & textit fiscellam ex hibisco herba gracill. Vos Pierides Musæ facietis hæc carmina maxima Gallo, Gallo inquam, cuius amor tantum crescit mihi in horas. quantum alnus viridis subiicit se vere nouo, id est, primo vere. Surgamus, perinde ac si sederet, & subdit causam, quia umbra solet esse grauis cantantibus. umbra dico iuniperi. nam vmbrae nocent frugibus. Ideo o capellæ ite domum, quia Hesperus uenit.

PVBLII VERGILII MARONIS PAR-
 THENIAE MANTVANI BUCOLI-
 CON FINIS.

PVB. VERGI
 LI MARONIS PARTHENIAE

Mantuanî Georgicon Liber
 Primus.

AD MECOENATEM.

TETRASTICHON OVIDII NASONIS IN
 PRIMVM LIBRVM GE-
 ORGICON.

QVID faciat lætas segetes, quæ sydera seruet
 Agricola: vt facilem terram proscindat aratris.
 Sæmina quo iacienda modo, cultusq; locorum
 Edocuit, messes magno cum foenore reddi.

¶ Ecphrasis.

Quid faciat. In hoc Tetrasticho dicit quid in primo libro Georgicorum Vergilius exequatur. Nam dicit quid faciat segetes lætas. & quæ sydera agricola seruet. vt proscindat facilem terram aratris. Edocuit quo modo sæmina sint iacienda. & cultus locorū, edocuit messes reddi olim magno eū foenore.



QVID faciat lætas segetes, quo sydere terram
 Vertere Meccenas, vlmisq; adiungere vites
 Conueniat, quæ cura boū, qui cultus habēdo
 Sit pecori, atq; apibus quāta experiētia parcis
 Hinc canere incipiā. Vos o clarissima mundi
 Lumina, labentem cœlo quæ ducitis annum,

Propositio.

Inuocatio.

¶ Ecphrasis.

Quid faciat. Quibus de rebus dicturus sit proponit, dicens ad Meccenatem, cui opus dedicatur. O Meccenas ego incipiam canere hinc quid faciat segetes lætas. i. terras pingues. & quo sydere. i. tempore conueniat vertere terrā. id est, arare. qd' facit in primo libro. & quo tēpore conueniat adiungere vites ulmis, qd' facit in secūdo. & quæ cura sit boū. & quis cultus sit habēdo pecori. qd' fit i tertio. & quāta experiētia sit apib' parcis. i. seruatricib' mellis. q. fit in. iiij. lib.

Liber. & alma Ceres, vestro si munere tellus
 Chaoniam pingui glandem mutauit arista,
 Poculaq; inuentis Acheloia miscuit uuis:
 Et uos agrestum praesentia numina Fauni,
 Ferte simul Fauniqu; pedem, Dryadesq; puellae,
 Munera uestra cano. Tuq; o cui prima frementem
 Fudit equum magno tellus percussa tridenti,
 Neptune: & cultor nemorum, cui pinguis Cae
 Ter centum niuei tondent dumeta iuueni.
 Ipse nemus linquens patrium, saltusq; Lycæi
 Pan ouium custos, tua si tibi Mænala curæ,
 Adsis o Tegeæ fauens: oleaq; Minerua
 Inuentrix: unciq; puer monstrator aratri:
 Et teneram ab radice ferens Syluane cupressum,
 Dicq; Deaq; omnes, studium quibus arua tueri,

*Triptole-
mus.*

¶ *Ecphrasis.*

*Deinde inuocat dicens. O Liber & alma Ceres, id est, o Sol & Luna, apposi-
 tiue lumina mundi clarissima, quae ducitis annum labentem caelo, ferte pedem, si
 pro quia tellus mutauit glandem Chaoniam, hoc est, Epiroticam arista pin-
 gui, id est, frumento. & tellus miscuit pocula Acheloia, id est, Acheloi flumi-
 nis Acarnaniae uuis inuentis, id est, uino. & hoc uestro munere, id est, uestro be-
 neficio, quia Ceres inuentrix fuit frumeti, Liber uero pater inuentor uini fuit. &
 uos o Fauni Dij agrestes numina praesentia agrestium, id est, agricolarum ferte
 pedem. Et o puella Dryades, quae estis arborum Deae, ferte simul pedem, id est,
 dirigite gressu uel carminis ipsius pede. Ego cano uestra munera, quia o Dij uestro
 numine constant omnia de quibus scripturi sumus. et tu o Neptune adsis, cui tellus
 percussa magno tridenti fudit, i. procreauit, equum frementem, quod est in ea con-
 tentione factu, cum de imponendo nomine Athenis factum est certamen. & o Ari-
 stae cultor nemoru adsis, cui tercetu iuueni niuei tondet dumeta, i. pascuntur nemo-
 ra Cae insulae. & o Pan Tegeae, i. Arcasæ Tegeae Arcadiae oppido adsis fauens si-
 tua Mænala, i. montes Arcadiae tibi dedicati sunt tibi curae, linquens nemus patriu
 id est, ipsa Mænala, & saltus Lycæi montis etiam Arcadiae. & o Minerua inuen-
 trix oleae adsis fauens. & o puer, i. Triptoleme monstrator aratri unci adsis. &
 o Syluane ferens pro baculo cupressum teneram a radice adsis. & uos o Dij &*

Quicq; nouas alitis nonnullo semine fruges:
 Quicq; satis largum caelo dimittitis imbrem.
 Tuq; adeo, quem mox quae sint habitura deorum
 Concilia, incertum est: urbes ne inuisere Caesar.
 Terrarumq; uelis curam, & te maximus orbis
 Autorem frugum, tempestatumq; potentem
 Accipiat: cingens materna tempora myrto
 An Deus immensi uenias maris: ac tua nautae
 Numina sola colant, tibi seruiat ultima Thule,
 Teq; sibi generum Tethys emat omnibus undis:
 An ne nouum tardis sydus te mensibus addas,
 Qua locus Erigonem inter, Chelascq; sequentes
 Panditur, ipse tibi iam brachia contrahit ardens
 Scorpius. & caeli iusta plus parte relinquit,
 Quicquid eris (nam te nec sperent Tartara regem:
 Nec tibi regnandi ueniat tam dira cupido,
 Quamuis Elysios miretur Graecia campos,
 Nec repetita sequi curet Proserpina matrem)

¶ *Ecphrasis.*

*Deae omnes quibus studiu est tueri arua, subaudi, adeste. & qui alitis nouas fruges
 nonnullo semine, i. aliquo. & qui dimittitis caelo, i. ex caelo imbre largu, i. abundate.
 satis, i. sulcis seminatis. & tu o Caesar, & repetendu est uerbu ab inferioribus, que
 te adeo incertu est, quae concilia deoru sint habitura, i. qualis deus esse uelis. ne, i. an
 uelis inuisere urbes & cura terraru. & maximus orbis accipiat te auctore frugu
 et potente tempestatu, q. d. sis Deus agricolaru. An tu cinges tempora, i. caput myrto
 materno, i. Veneris, a qua Augustus p. Iuliu Caesare ducebat origine, uenias, i. sis De
 maris imensi, ac Nautae colant tua sola numina, et ultima Thule isula in fine plagae
 septentrionalis seruiat tibi. & Tethys emat te generu sibi omnib; undis, quas tibi do-
 tales cu aliqua filia tradat. An ne addas te nouu sydus mensib; tardis, i. Iulio & Au-
 gusto, hoc est, Caero et Leoni, qua, i. ea parte caeli qua loc; pedit inter Erigonem i.
 signu Virginis & Chelas sequentes, i. Scorpionem, qui occupat suis brachijs signu Li-
 brae, ideo dicit ipse Scorpius ardens, ppter ea qd; e dom; Martis, contrahit ia tibi bra-
 chia, et relinqt tibi plus iusta parte caeli, qd; Scorpius signu totu fere Librae spaciū
 occupat, qcquid eris, i. quicunq; de; da facile cursu, et p parathesim dixit, na tarta-
 ranon speret te regem, nec cupido regnandi ta dira ueniat tibi, ut uelis esse Rex infe-
 rorum, quamuis Graecia miretur campos Elysios, et Proserpina repetita a Cerere.*

*Alias nul-
lo de semi-
ne.
Hic Augu-
stus Caesa-
re iuocat,
taqua deū
potentissi-
mum.*

*Virgo
Chela.*

*Scorpius.
Scilicet q;
Scorpius
duoru sy-
deru spatū
um obtine-
bat, q; Li-
bram uete-
res ignora-
bant.*

Da facilem cursum, atq; audacibus annue cœptis,
 Ignarosq; viæ mecum miseratus agrestes
 Ingredere; & votis iam nunc assuesce vocari,
 Vere nouo gelidus canis cum montibus humor
 Liquitur, & Zephyro putris se gleba resoluit,
 Depresso incipiat iam tum mihi taurus aratro
 Ingemere, & sulco atritus splendescere vomer,
 Illa seges demum votis respondet auari
 Agricolæ, bis quæ solem, bis frigora sensit:
 Illius immensæ ruperunt horrea messes,
 At prius, ignotum ferro quam scindimus æquor,
 Ventos, & varium cœli prædiscere morem
 Cura sit: ac patrios cultusq; habitusq; locorum:
 Et quid quæq; ferat regio, & quid quæq; recuset,
 Hic segetes, illic veniunt felicius vuæ:
 Arborei foetus alibi, atq; iniussa virescunt

Discrimi-
na soli.

¶ Ecphrasis.

Atq; annue cœptis meis audacib⁹, et tu miseratus agrestes, id est, agricolas igna-
 ros utæ, id est, artis agricolandi. ingredere mecum & assuesce uocari uotis quasi
 Deus. Iam nunc cum mortalis es. Deinde prosequitur opus propositum dicens. Iam
 tunc, id est, ab eo tempore taurus incipiat mihi gemere aratro depresso, scilicet a-
 rando, & uomer incipiat splendescere attritus, id est, dum sulco atteritur, cum hu-
 mor gelidus, id est, nix liquitur. liquecit in montibus canis. i. ppter niues albis. et
 gleba putris resoluit se, quod est in primo uere. Illa seges demum respondet uo-
 tis auari agricolæ, quæ sentit bis solem & frigora, semel in Vere & iterum in
 Autumno, quod fit quia tunc per diem est calor, & per noctes frigus. & messes
 immense illius segetis, id est, terræ ruperunt horrea præ frumenti copia. At pri-
 usquam scindimus arando æquor, id est, campum terræ ignotum, cura sit nobis præ
 discere morem cœli uarium, id est, aeris & locorum diuersitatem, & discere cultos
 patrios & habitus, id est, dispositiones locorum, & quæq; regio quid ferat, id est,
 gignat. & quæq; Regio quid recuset ferre. Hic, id est, in una Regione seges
 ueniunt felicius, id est, fertilius. & illic, id est, in alia Regione uenit
 unt felicius. & alibi, id est, in alia Regione foetus arborei, id est, poma ueniunt
 foelicius, atq; gramina iniussa, id est, odiosa aratris uirescunt.

Gramina, non ne uides, croceos ut Tmolus odores,
 India mittit ebur, molles sua tura Sabæi:
 At Chalybes nudi ferrum, virosaq; Pontus
 Castorea, Eliadum palmas Epeiros equarum.
 Continuo has leges, æternaq; fœdera certis
 Imposuit natura locis: quo tempore primum
 Deucalion uacuum lapides iactauit in orbem
 Vnde homines nati, durum genus. Ergo age terræ
 Pingue solum primis extemplo a mensibus anni
 Fortes inuertant tauri: glebasq; iacentes
 Puluerulenta coquat maturis solibus æstas,
 At si non fuerit tellus fœcunda, sub ipsum
 Arcturum tenui sat erit suspendere sulco.
 Illic, officiant lætis ne frugibus herbæ:
 Hic, sterilem exiguus ne deserat humor arenam,
 Alternis idem tonsas cessare nouales,

Discrimi-
na agrorū

¶ Ecphrasis.

Nonne uides ut Tmolus mons Ciliciæ mittit odores croceos, id est, crocum.
 & india mittit ebur & Sabæi molles, id est, effœminati mittunt sua thura, id
 est, propria, quia nusquam est thus præterquam in Arabia. At Chalybes nudæ
 mittunt ferrum, & Pontus Regio Asiæ mittit Castorea utrosa. & Epyrus mittit
 palmas equarum Eliadum, id est, mittit equas, quæ consequantur palmas in Elide,
 ubi celebrantur ludi Olympici. Natura imposuit has leges & fœdera æterna
 continuo, id est, statim quo tempore primum Deucalion iactauit lapides in or-
 bem uacuum. Vnde, id est, ex quibus lapidibus homines nati. appositue. durum
 genus. Ergo age, id est, eia tauri fortes inuertant, id est, arent pingue solum a
 primis Mensibus anni, id est, in initio Veris. Et æstas puluerulenta coquat glebas
 iacentes solibus maturis, id est, maximis caloribus. At. i. sed si tellus non fuerit fœc-
 unda, id est, fertilis sat erit suspendere sulco, id est, aratro suspenso arare sub
 ipsum Arcturum, id est, quo tempore Arcturus constellatio oritur. Et hoc ne il-
 lic, hoc est, in terra pingui herbæ noceant frugibus lætis, id est, pinguibus. Et
 hic, id est, in terra sterili humor exiguus non deserat arenam sterilem. Et tu
 idem ò Agricola patiere, id est, patieris campum segnem durefcere situ, id est,
 squalore et incultura, et patieris nouales tonsas, id est, terras postquam sunt des-

Sydere ali
as semine.

Et segnem patiēre situ durefcere campum,
Aut vbi flaua seres mutato sydere farra,
Vnde prius lätum siliqua quassante legumen,
Aut tenues foetus uiciæ, tristisq; lupini
Sustuleris fragiles calamos, syluamq; sonantem.
Vrit enim lini campum seges,urit auenæ:
Vrunt lethæo perfusa papauera somno.
Sed tamen alternis facilis labor: arida tantum
Ne saturare fimo pingui pudeat sola, neue
Effoetos cinerem immundum iactare per agros:
Sic quoq; mutatis requiescunt foetibus arua,
Nec nulla interea est inaratae gratia terræ,
Sæpe etiam steriles incendere profuit agros,
Atq; leuem stipulam crepitantibus urere flammis:
Siue inde occultas vires, & pabula terræ
Pinguia concipiunt: siue illis omne per ignem.

¶ Ephegrasis.

messe, cessare alternis, supple annis, ita quod alternatim terræ arentur. Aut tu o Agricola ibi seres farra flaua propter spicarum colorem sydere, id est, tempore mutato, unde sustuleris prius legumen lätum, siliqua, id est, uagina illa leguminis quassante, id est, quassata & decussa, aut sustuleris foetus uiciæ tenuis, scilicet, leguminis, aut sustuleris calamos fragiles lupini & syluam sonantem, quia legumina in vaginis sonant enim. i. sed seges lini, id est, linum vrit campum, & seges auenæ vrit campum, & papauera perfusa somno Lethæo, quia somnum & obliuionem commanducata faciunt, vrunt campum. Sed tamen labor facilis est alternis. non solum in terris, sed etiam in rebus cæteris. tantum ne pudeat saturare sola, id est, campos fimo, id est, stercore pingui ab effectu. neue pudeat iactare cinerem immundum per agros effoetos, id est, exhaustos & defessos. si arua quoque quemadmodum & cæteræ res requiescunt foetibus mutatis. Nec nulla gratia immo aliqua vtilitas est interea terræ inaratae. Etiam profuit interdum incendere agros steriles, atque vrere stipulam leuem flammis crepitantibus, id est, quæ crepant cum comburuntur. & hoc propter causas quatuor. Siue quia terræ concipiunt inde, id est, ab incendio vires occultas & pabula pinguia, id est, vim stercoris, siue quia

Excoquitur vitium, atq; exudat inutilis humor:
Seu plures calor ille vias, & cæca relaxat,
Spiramenta, nouas veniat qua succus in herbas:
Seu durat magis, & venas astringit hianteis,
Ne tenues pluuiæ, rapidi ue potentia Solis
Acrior, aut Boreæ penitabile frigus adurat,
Mulum adeo, rastris glebas qui frangit inertes
Vimineasq; trahit crates, iuuat arua: neq; illum
Flaua Ceres alto ne quicquam spectat Olympo:
Et qui profcisso quæ suscitât æquore terga,
Rursus in obliquum verso perrumpit aratro,
Exercetq; frequens tellurem, atq; imperat aruis:
Humida solstitia, atq; hyemes orate serenas
Agricolæ, hyberno lætissima puluere farra,
Lætus ager: nullo tantum se Mœsia cu ltu
Iactat, & ipsa suas mirantur Gargara messes.

¶ Ephegrasis.

omne vitium excoquitur illis terris per ignem, & humor inutilis sudat per ignem. Seu quia ille calor relaxat plures vias & spiramenta cæca, id est, aperit poros, quæ, id est, per quos succus ueniat in herbas frumenti nouas. Seu quia ille calor magis durat, id est, indurat & astringit uenas hiantes, id est, poros apertos, ne pluuiæ tenues, aut potentia acrior Solis rapidi, aut frigus Boreæ penetrabile, id est, quod penetrat adurat terras. & ille Agricola adeo multum iuuat arua, qui frangit glebas inertes, id est, concretas duricie, & trahit crates uimineas. Neq; Ceres flaua ne quicquam, id est, frustra spectat illum ab alto cælo. & ille multum iuuat arua, qui perrumpit rursus in obliquum, id est, in transuersum uerso aratro terga. i. glebas, quæ suscitât, id est, erigit. & ille frequens, id est, frequenter exercet tellurem atq; imperat aruis, ut procreent quod uult. O Agricolæ optate, atq; a Dijs immortalibus petite humida solstitia, id est, pluuias tempore æstatis, in qua contingit solsticium æstiuale, & orate hyemes serenas, id est, non pluuiosas, quia farra, id est, frumenta sunt lætissima puluere hyberno. & ager est lætus puluere hyberno, id est, non pluuioso. & Mœsia Regio Asiæ fertilissima nullo cultu tantum iactat se, quantum puluere hyberno, & ipsa Gargara mirantur suas messes. & sunt Gargara Mœsiæ montes.

Tēpestates

Mysia cos
dices per
uetusti ha
bent.

Quod an-
tem Moe-
sia per.æ.
scribatur
Seruio de
fluxit, qui
ciuitatē à
regione ea
scriptura
distingui
putat. Ste-
phanus ta-
men ex re-
gionem et
ciuitatem
mosiam uo-
cat.

Quid dicam, iacto qui semine comminus arua
Insequitur: cumulosq; ruit male pinguis arenæ.
Deinde satis fluuium inducit, riuosq; sequentes.
Et cum exustus ager morientibus æstuat herbis,
Ecce supercilio cliuosi tramitis vndam
Elicit: illa cadens raucum per leuia murmur
Saxa ciet, scatebrisq; arentia temperat arua.
Quid qui, ne grauidis procumbat culmus aristis,
Luxuriam segetum tenera depascit in herba,
Cum primum sulcos æquant sata: quicq; paludis
Collectum humorem bibula deducit arena.
Præsertim incertis si mensibus annis abundans
Exit, & obducto late tenet omnia limo,
Vnde cauæ tepido sudant humore lacunæ.
Nec tamen (hæc cum sint hominumq; boumq; labores
Versando terram experti) nihil improbus anser,

¶ Ecphrasis.

Quid dicam quantum ille iuuat arua, qui iacto semine, id est, post factam se-
mentem insequitur arua cominus, id est, prope & cum manibus, & ruit, id est,
euertendo adæquat cumulos, id est, eminentias arenæ male pinguis, id est, sterilis
deinde inducit fluuium satis, id est, terræ seminatae, & riuos, id est, fluxus aquæ
sequentes ipsa sata. Et cum ager exustus propter calorem æstuat herbis mori-
entibus, ecce ille Agricola elicit, id est, attrahit undam ex supercilio tramitis cli-
uosi, id est, ex cacumine alicuius montis, illa unda cadens ciet, id est, mouet uel con-
citat murmur raucum per saxa leuia, & temperat arua stientia scatebris, id est,
ebullitionibus aquæ. & quid dicam quantum ille iuuat arua, qui per pecudes des-
pascit luxuriam segetum, id est, foliorum superfluitatem in herba tenera,
quod facit ne culmus procumbat in aristis, id est, spicis grauidis propter mul-
ta grana, quod faciendum est, cum primum sata æquant sulcos. Et ille multum
iuuat arua, qui deducit ex harena bibula humorem paludis collectum præsertim
si annis abundans in mensibus anni incertis, qualis est Februarius exit ex alueo
suo, & tenet omnia late limo obducto, id est, superinducto agris, unde, id est, ex cuius
fluminis alluione lacunæ cauæ sudant humore tepido, id est, nociuo. Et
cum labores hominum & boum, id est, agricultura, sint experti hæc superio-
ra uersando terram, id est, arando, nec tamen nihil, immo aliquid anser improbus,

Strymoniaq; grues, & amaris intuba fibris
Officiunt, aut umbra nocet. Pater ipse colendi
Haud facilem esse viam uoluit, primusq; per artem
Mouit agros. curis acuens mortalia corda:
Nec torpere graui passus sua regna ueterno,
Ante Iouem nulli subigebant arua coloni:
Ne signare quidem, aut partiri limite campum
Fas erat: in medium quærebant: ipsaq; tellus
Omnia liberius nullo poscente ferebat.
Ille malum uirus serpentibus addidit atris:
Prædariq; lupos iussit, pontumq; moueri:
Mellaq; decussit folijs: ignemq; remouit:
Et passim riuus currentia uina repressit:
Vt varias usus meditando extundere artes
Paulatim: & sulcis frumenti quæreret herbam:
Et silicis uenis abstrusum excuderet ignem,

¶ Ecphrasis.

Et grues strymonia, id est, qui ad nos ueniunt ex Strymone fluuio Thraciæ. et
intuba fibris amaris, id est, cicorea, quæ habent radices amaras efficiunt, id est, noc-
cent, aut etiam umbra arborum nocet. Pater ipse Iuppiter uoluit uiam, id est, ra-
tionem colendi, non esse facilem. & ille primus mouit agros per artem, id est, mo-
ueri & arari iussit. acuens, id est, excitans curis corda mortalia, id est, humana. nec
passus est sua regna torpere, id est, languere ueterno, id est, hidropisi graui, id est, quæ homines
facit graues. Nulli coloni subigebant arua, id est, arabant ante Iouem. nec erat
fas signare aut partiri campum limite. Sed quærebant in medium, id est, in com-
mune. & ipsa tellus ferebat omnia liberius, id est, uberius nullo poscente. Ille Iu-
piter addidit malum uirus serpentibus atris. & iussit lupos prædari, scilicet pecu-
des, & iussit pontum moueri, id est, nauigari & decussit mella folijs, quæ prius ex
arboribus sponte fluebant. ignemq; remouit, id est, in silicibus abscondidit. & re-
pressit, id est, occultauit uina passim, id est, ubiq; currentia riuus, id est, riuatim,
quæ omnia Iuppiter fecit, ut usus, id est, experientia excuderet, id est, inueniret artes
uarias meditando, id est, exercendo paulatim quia sic facta sunt additamēta. & u-
sus quæreret herbam frumenti in sulcis, hoc est, arando per uim ex terra frumenta
elicerent. Et ut usus excuderet, id est, cudendo eliceret ignem abstrusum, id est,
clausum in uenis silicis lapidis, unde ignis excuditur.

Omniūre
vini com-
munio.

Nautepri
mi obser
uarunt stel
las.

Alas pri
mum.

Tunc alnos primum fluij sensere cauatas:
Nauita tum stellis numeros, & nomina fecit,
Pleiades, Hyades, claramq; Lycaonis Arcton,
Tum laqueis captare feras, & fallere uisco
Inuentum: & magnos canibus circundare saltus,
Atq; alius latum funda iam uerberat amnem,
Alta petens: pelagoq; alius trahit humida lina,
Tum ferri rigor: atq; argutæ lamina ferræ:
Nam primi cuneis scindebant fissile lignum,
Tum uariæ uenere artes, labor omnia uincit
Improbis, & duris ugens in rebus egestas,
Prima Ceres ferro mortales uertere terram
Instituit: cum iam glandes, atq; arbuta sacra
Deficerent syluæ, & uictum Dodona negaret,
Mox & frumentis labor additus, ut mala culmos
Esset rubigo: segnifq; horreret in aruis

¶ Ecphrasis.

Tunc primum fluij senserunt alnos cauatas, id est, naues, hoc est, nauigatio
nem. Et Nauita, id est, Nauta tunc primum fecit numeros & nomina stellis, hoc
est Pleiadas, Hyades, & Arcton claram Lycaonis, id est, Ursam clarâ stellis, in qua
Callisto Lycaonis filia dicitur esse conuersa. Tunc etiam inuentum est captare fe
ras laqueis, & inuentum est fallere uisco, scilicet aues, & inuentum est circundare
magnos saltus canibus in uenatione. Atq; alius piscator petens alta, id est, pro
funda uerberat amnem latâ funda, id est, reti, & alius trahit, id est, educit pelago lina,
id est, retia humida. Tunc rigor, id est, durities ferri fuit, atq; lamina ferræ argu
te fuit. Nam primum, id est, antea scindebant homines robur fissile, id est, quod
potest findi cuneis. Tunc etiam artes uariæ uenere, quia labor improbus, id
est, nimius, & egestas ugens in rebus duris omnia uincit. Prima Ceres instituit
mortales, id est, docuit homines uertere terram ferro, id est, uomere, cum iam
syluæ sacra deficerent glandes & arbuta, id est, non procreauerunt ea, quæ prius
ferebant. & Dodona sylua Epyri sacra Ioui glandibus abundans tunc negaret ut
ctum, id est, glandes, quibus antea uiuebant. Mox, id est, deinde labor fuit
additus frumentis, ut mala rubigo esset, id est, destrueret culmos, id est, frumenti
calamos. & est rubigo cum frumenta nebula corrumpuntur.

Carduus: intereunt segetes. subit aspera sylua,
Lappæq; tribulicq; interq; nitentia culta
Infelix lolium, & steriles dominantur auenæ,
Quod nisi & assiduis terram insectabere rastris,
Et sonitu terrebis aues, & ruris opaci
Falce premes umbras, uotiscq; uocaueris imbrem,
Heu magnum alterius frustra spectabis aceruum;
Concussa q; famem in syluis solabere quercu.
Dicendum & quæ sint duris agrestibus arma,
Queis sine, nec potuere seri, nec surgere messes:
Vomis, & inflexi primum graue robur aratri,
Tarda q; Eleusinæ matris uoluentia plaustra,
Tribula q; traheæ q; & iniquo pondere rastris:
Virgea præterea Celei: uilisq; supellex,
Arbutæ crates, & mystica vannus Iacchi,
Omnia quæ multo ante memor prouisa repones:

¶ Ecphrasis.

Et carduus segnis, id est, sterilis horreret in aruis, id est, asper spinis esset se
getes ex eo intereunt, & lappæ, & tribuli, appositue sylua aspera, id est, spinos
sa subit, id est, succrescit, & lolium infelix, id est, sterile & auenæ steriles, quia
sunt & fructuosæ, dominantur inter culta uirentia, id est, agros nimio cultu ui
rentes. Quod, id est, nisi insectabere terrâ rastris assiduis, propter illud quod dixit,
exercetq; frequens tellurem, & terrebis aues sonitu propter anseres & grues, &
premes falce umbras ruris opaci, propter illud aut umbra nocet. & uocaueris
imbrem uotis, quia dixit orate solsticia humida, heu frustra spectabis magnum
aceruum alterius, id est, vicini. Dicendum est præterea, & quæ arma sint, id
est, instrumenta duris agrestibus, id est, Agricolis, quis pro quibus nec messes
potuere seri, nec surgere, id est, crescere. vomis primum & graue robur aratri
inflexi, & plaustra tarda matris Eleusinæ, id est, Cereris uoluentia, id est,
quæ in orbem uoluuntur, tribula q; instrumenta, quibus messes teruntur. Tra
heæ q;, genus uehiculi, quod per niues trahitur, & rastris pondere iniquo, id est,
immoderati ponderis. Præterea supellex virgea Celei & uillis, id est, texta
ex uiminibus, quæ Celeo sunt à Cerere reuelata, & crates arbutæ, id est, texta
ex uirgis arbuti arboris, & vannus mystica Iacchi, id est, sacra, quæ omnia tu
memor repones suis in locis multo ante prouisa.

Agricola
rum arma

Si te digna manet diuini gloria ruris,
 Continuo in syluis magna vi flexa domatur
 In burim, & curui formam accipit vlmus aratri.
 Huic a stirpe pedes temo protentus in octo,
 Binæ aures, duplici aptantur dentalia dorso,
 Cæditur & tilia ante iugo leuis, altaq; fagus:
 Stiuaq; quæ currus a tergo torqueat imos:
 Et suspensa focus exploret robora fumus.
 Possum multa tibi veterum præcepta referre,
 Ni refugis, tenuesq; piget cognoscere curas.
 Area cum primis ingenti æquanda cylindro.
 Et vertenda manu, & creta solidanda tenaci:
 Ne subeant herbæ, neu puluere uicta fathiscat.
 Tum uariæ illudunt pestes: sæpe exiguus mus
 Sub terris posuitq; domos, atq; horrea fecit:
 Aut oculis capti fodere cubilia talpæ:

Agrorum
 pestes.

¶ Ecphrasis.

Si gloria diuini ruris manet te, id est, si gloriari uis ex agricultura studio. Vt mus arbor inflexa magna ui, id est, pondere domatur continuo, id est, statim in syluis in Burim, id est, in buris curuitatem. & ulmus accipit formam aratri curui. Temo aratri aptatur, id est, adiungitur huic buri protentus in octo pedes. & binæ aures aptantur huic, & dentalia dorso duplici, id est, crasso aptantur huic. & tilia arbor, uulgo tesa, leuis cuius materia leuis est. cæditur aute iugo fabricando. & alta fagus cæditur iugo. & stiua etiam cæditur, quæ torqueat a tergo currus imos, id est, rotas in quibus aratrum insidet more Italo. & fumus exploret, id est, examinet robora, id est, ligna suspensa focus. Possum ego referre tibi multa præcepta ueterum, ni pro nisi refugis, id est, piget te cognoscere curas tenues, quales sunt de agricultura. Area est quamprimum æquanda cylindro ingenti, instrumentum in formam columnæ, et uertenda est prius manu, ut facilius postea æquari possit & solidanda est creta tenaci, id est, glutinosa, et hoc ne herbæ subeant, id est, suboriantur, uel area uicta puluere, id est, soluta siccitate fathiscat, tunc uariæ pestes quas terra procreat illudunt, id est, nocent. Mus exiguus posuit domos, id est, cauos sub terris, & fecit horrea, id est, granaria. Atq; talpæ capti oculis fodere cubilia sub terra.

& bufo

Inuentusq; cauis bufo: & quæ plurima terræ
 Monstra ferunt, populatq; ingentem farris aceruum
 Curculio, atq; inopi metuens formica senectæ.
 Contemplator item cum se nux plurima syluis
 Induet in florem, & ramos curuabit olentes:
 Si superant foetus, pariter frumenta sequentur,
 Magnaq; cum magno ueniet tritura calore,
 At si luxuria foliorum exuberat umbra,
 Ne quicquam pinguis paleæ teret area culmos.
 Semina uidi equidem multos medicare serentes,
 Et nitro prius, & nigra perfundere amurca,
 Grandior ut foetus siliquis fallacibus esset,
 Et quamuis igni exiguo properata maderent,
 Vidi lecta diu, & multo spectata labore
 Degenerare tamen, ni uis humana quotannis

Pronostica

luxurie:

¶ Ecphrasis.

& bufo est inuentus canis. i. cauernis: & inuenta sunt plurima monstra, quæ terræ ferunt. i. procreant. & Curculio populat ingentem aceruum farris. i. destruit: & formica metuens senectæ inopi, i. fami senectutis populat ingentem aceruum farris. Item cum nux plurima. i. longa, hoc est amygdalus induet se in florem in syluis, & præ nimio pondere curuabit ramos olentes propter flores: contemplator si foetus, id est, fructus superant: frumenta pariter sequentur, quia erit magna frumenti copia: & magna tritura ueniet cum magno calore. At si umbra exuberat luxuria foliorum, id est, sunt plures frondes quam foetus, area ne quicquam, id est, frustra teret culmos pingues, id est, magnos paleæ. Equidem, id est, ego quidem uidi multos serentes, id est, seminantes, medicare, id est, medicamentis spargere, & perfundere semina illa prius nitro. i. sale ex terræ sudore: & amurca nigra. i. sante illa quæ defluit ex oliuis cum detractum est oleum: & hoc faciunt ut grandior foetus, id est, granum esset in siliquis fallacibus, id est, in uaginibus illis leguminum, quæ plerunq; sunt inanes & nos fallunt: & illa properata, id est, properanter maderent, id est, conquerenter igni, quamuis, id est, quantum uis exiguo. Et uidi semina lecta, id est, electa diu & spectata, id est, probata multo labore, id est, diligentia, tamen uidi illa semina degenerare, id est, à prima generositate sua decidere: ni pro nisi, uis, id est, diligentia humana legeret manu

E

GEORGICON.

Maxima quæq; manu legeret. sic omnia fatiſ
 In peius ruere, ac retro ſublapſa referri.
 Non aliter, quam qui aduerſo vix flumine lembum
 Remigijs ſubigit, ſi brachia forte remiſit,
 Atq; illum in præceps prono rapit alueus amni.
 Præterea tam ſunt Arcturi ſydera nobis,
 Hædorumq; dies ſeruandi, & lucidus Anguis,
 Quam quibus in patriam ventofa per æquora vectis,
 Pontus, & oſtriferi fauces tentantur Abydi.
 Libra die, ſomniq; pares ubi fecerit horas,
 Et medium luci, atq; vmbriſ iam diuidet orbem,
 Exercete viri tauros, ſerite hordea campis,
 Vſq; ſub extremum brumæ intractabilis imbrem.
 Nec non & lini ſegetem, & Cereale papauer
 Tempus humo tegere, & iam dudum incumbere aratriſ.

¶ Ecpbraſis.

maxima quæq; ſupple grana: quotannis. i. omnibus annis. Sic quemadmodum ſe-
 mina: omnia alia ruere in peius fatiſ, id eſt, fatorum diſpoſitione: & ſub lapſa re-
 ferri retro: non aliter quam ille qui ſubigit, id eſt, ſurſum agit uix .i. difficile
 ter lembum .i. nauiculam remigijs. i. remigatione flumine aduerſo, id eſt, ſurſum
 uerſum. ſi forte remiſit brachia: atque, id eſt, ſtatim alueus fluminis rapit il-
 lum in præceps, id eſt, in præcipitium. amni prono, id eſt, deorſum. Præterea
 ſydera Arcturi, quæ eſt conſtellatio ſeptentrionalis. & dies hædorum, qui
 etiam ſunt ad ſeptentrionem: & Anguis lucidus tam ſunt nobis ſeruandi: quam
 illis, ſcilicet nautis quibus vectis in patriam per æquora uentofa, id eſt, uentis
 concitata: pontus, ſcilicet Euxinus, & fauces Abydi oſtriferi tentantur. nam
 urbs eſt in anguſtijs Helleſponti oſtreis abundans. Vbi, id eſt, poſtquam libra,
 .i. æquinoctium Autumni fecerit horas diei pares horis ſomni, id eſt, noctis: &
 tam diuidet orbem, id eſt, paralellum quem tunc ſol deſcribit medium luci,
 id eſt, diei, & umbris, id eſt, nocti. O uiri exercete tauros, id eſt, arate: ſe-
 rite hordea campis: uſque ſub extremum imbrem brumæ intractabilis, quia
 terra eſt frigore concreta. Nec non tunc eſt tempus tegere humo, id eſt,
 ſeminare ſegetem lini, & papauer Cereale, id eſt, quod Ceres in querens
 do filiam eſt iuuit, & incumbere, id eſt, operam dare aratriſ iam dudum.

LIBER. I.

Fo. xxxiiij.

Dum ſicca tellure licet, dum nubifa pendent.
 Vere fabiſ ſatio: tunc te quoq; Medica putreſ.
 Accipiunt ſulci, & Milio venit annua cura,
 Candidus auratiſ aperit cum cornibus annum
 Taurus, & aduerſo cedens Caniſ occidit aſtro,
 At ſi triticeam in meſſem, robuſtaq; farra
 Exercebiſ humum, ſoliſq; inſtabiſ ariſtiſ,
 Ante tibi Eoæ Atlantideſ abſcondantur,
 Gnoſiaq; ardentis decedat ſtella Coronæ;
 Debita quam ſulciſ committas ſemina, quamq;
 Inuitæ propereſ anni ſpem credere terræ.
 Multi ante occaſum Maiæ cœpere, ſed illoſ
 Expectata ſegeſ vaniſ eluſit aueniſ.
 Si uero Viciamq; ſereſ, uilemq; Faſelum,
 Nec Peluſiacæ curam aſpernabere Lætis,

¶ Ecpbraſis.

¶ Dum licet, id eſt, dum poſſumus, & dum nubila pendent, id eſt, nondum
 pluit. Satio eſt fabiſ Vere, id eſt, tempore uerno. Et o Medica ſulci putreſ
 tunc accipiunt te: & cura annua uenit Milio, ſcilicet ſcrendo: cum tau-
 rus candidus aperit annum cornibus, id eſt, per Aprilem meſem, & Ca-
 niſ cedens occidit aſtro aduerſo, id eſt, occidit occaſu Heliaco. At ſi tu
 exercebiſ humum, id eſt, arabis in meſſem triticeam, id eſt, triticum, &
 farra robuſta, id eſt, ualida: & inſtabiſ ſoliſ ariſtiſ, id eſt, ſpicis: Atlan-
 tideſ Eoæ, id eſt, matutine, abſcondantur tibi, id eſt, occidant Coſmice: an-
 tequam committas ſulciſ debita ſemina: & ſtella Gnoſia Coronæ arden-
 tiſ decedat, id eſt, Corona Ariadneſ Minoiſ Regiſ Cretenſiſ filiæ dece-
 dat, id eſt, occidat Heliace antequam committas ſulciſ debita ſemina, & ante-
 quam propereſ credere terræ ſpem anni, id eſt, ſementem ſerere. unde con-
 ſtat agricolæ totiſ anni ſpeſ: unde etiam ſpica dicitur à ſpe. Multi ue-
 ro agricolæ ſementem cœperunt facere ante occaſum Maiæ, id eſt, ante-
 quam Peleidaeſ occiderent Coſmice: ſed ſegeſ expectata propter ſpicas, ut
 ſupra diximus, eluſit illoſ uaniſ ariſtiſ, id eſt, ſpicis ſine granis. Si uero
 tu ſereſ Viciam, & faſelum uilem, id eſt, parui preciſ legumina: nec aſper-
 nabere curam Lætis Peluſiacæ, id eſt, quæ abundat in Aegypto, ubi eſt Peluſium.

Satio fabiſ
 rû et miliſ.

auerſo.

Vergiliæ.

ariſtiſ.

extēde, ali. Haud obscura cadens mittet tibi signa Bootes:
 expēde Incipet: & ad medias sementem extēde pruinas,
 Idcirco certis dimensum partibus orbem
 Per duodena regit mundi sol aureus astra,
 ratio sphæ Quinq; tenent cælum Zonæ: quarum vna corusco
 ra & Zo Semper sole rubens, & torrida semper ab igni:
 narum. Quam circum extremæ dextra, leuacq; trahuntur
 Cærulea glacie concretæ, atq; imbribus atris,
 Has inter, mediamq; duæ mortalibus agris
 Munere concessæ diuum: & via secta per ambas,
 Obliquus qua se signorum verteret ordo,
 Mundus vt ad Scythiam, Riphæasq; arduus arces
 Descriptio Confurgit: premitur Libyæ deuexus in Austros,
 siderum. Hic vertex nobis semper sublimis: at illum
 Sub pedibus Styx atra videt, manescq; profundi,
 Maximus hic flexu sinuoso elabatur Anguis

¶ Ecphrasis.

Bootes constellatio septentrionalis mittet tibi signa temporis haud obscura, imo clara. Quare o agricola incipe quo tempore diximus. & extēde sementem, id est, sationem ad medias pruinas. Idcirco sol aureus .i. splēdēns regit orbem dimensum .i. distributum certis partibus per astra duodena .i. per duodecim signa. quinq; Zonæ tenent cælum .i. diuisum est cælum in quinq; segmenta: quarum una semper rubens sole corusco: & torrida semper ab igni .i. calore solis. Quā circū duæ extremæ cōcretæ .i. cōgelatæ glacie cærulea .i. nigra, atq; imbribus atris trahuntur a dextra & a leua .i. ab utraq; mundi extremitate. Duæ .s. Zonæ concessæ mortalibus agris, id est, hominibus inter has duas extremas & mediam, id est, inter duas extremas & torridam. & uia est secta, id est, trita per ambas, id est, inter ambas: qua ordo signorum obliquus uerteret se: quia semper sol discurrit inter duas temperatas per Zodiacum, qui est circulus signorum. Vt mundus, id est, oryzon arduus, id est, elcuatus consurgit ad Scythiam, & arces Riphæas .i. montes Riphæos qui sunt in Scythia. ille idem Horizon deuexus, id est, inclinatus premitur in Austros Libyæ. Hic uertex, id est, polus arcticus est nobis semper sublimis. at Styx atra, & manes profundi tenent illum, scilicet polum Antarcticum. Hic .i. circa hunc polum Arcticum maximus anguis elabatur

Circum, perq; duas in morem fluminis Arctos:
 Arctos Oceani metuentes æquore tingi.
 Illic (vt perhibent) aut intempesta silet nox
 Semper, & obtenta densantur nocte tenebræ:
 Aut redit a nobis Aurora diemq; reducit:
 Nosq; ubi primus equis Oriens afflauit anhelis,
 Illic sera rubens accendit lumina Vesper,
 Hinc tempestates dubio prædiscere cælo
 Possumus: hinc messisq; diem, tempusq; serendi:
 Et quando infidum remis impellere marmor
 Conueniat: quando armatas deducere classes:
 Aut tempestiuam syluis euertere pinum.
 Nec frustra signorum obitus speculamur, & ortus:
 Temporibusq; parem diuersis quattuor annum.
 Frigidus agricolam si quando continet imber,
 Multa forent quæ mox cælo properanda sereno,

¶ Ecphrasis.

circum duas Arctos .i. inter duas Arctos in morem fluminis. Arctos dico metuentes tingi .i. lauari in æquore Oceani: propter eam fabulam, quam Ouidius narrat in secundo libro Metamorphoseos. Vt perhibet .i. quæ admodum dicunt Mathematici, aut nox intempesta semper silet illic .i. sub polo Arctico, quia sunt perpetuæ tenebræ: ideo di .i. tenebræ densantur nocte obtenta: aut aurora redit a nobis ad illos, & reducit diem illis. Et ubi primus oriens affluit nos equis anhelis, id est, tempore matutino, uesper rubens, quia uespertino tempore cælum plerumq; rubet, accendit lumina sera. sed differentia prima est a meridie ad septentrionem, secunda uero est ab oriente sole ad eius occasum. Hinc, id est, ab hac mundi ratione possumus prædiscere tempestates dubio cælo, id est, aère. Et hinc possumus prædiscere diem messis, & tempus serendi: & quando conueniat impellere remis marmor infidum, id est, mare cui propter crebra pericula fidendum non est. Et quando conueniat deducere classes, id est, naues armatas. & quando conueniat euertere .i. cedendo deicere syluis pinum tempestiuam .i. suo tempore. Nec frustra nos speculabimur obitus, & ortus signorū, & annū parē diuersis quattuor tēporibus. quia & si tēpora anni inter se diuersa sunt: annus tamē āno par est. Si imber frigidus cōtinet agricolā domi, scilicet quādo .i. aliquādo:

at. mēsisq;

at. in syluis

Quæ agēda agricolæ domi, cū p tēpestatem foris esse nō liceat.

B ij



Maturare datur: durum procudit arator
 Vomeris obtusi dentem: cauat arbore lyncres:
 Aut pecori signum, aut numeros impressit aceruis,
 Exacuunt alij vallos, furcasq; bicornes:
 Atq; Amerina parant lentæ retinacula viti,
 Nunc facilis Rubea texatur fiscina virga:
 Nunc torrete igni fruges: nunc frangite saxo.
 Quippe etiam festis quædam exercere diebus
 Fas, & iura sinunt: riuos deducere nulla
 Relligio vetuit: segeti prætere sepe:
 Insidias auibus moliri: incendere vepres:
 Balantumq; gregem fluuio mersare salubri,
 Sæpe oleo tardi costas agitator aselli
 Vilibus aut onerat pomis: lapidemq; reuertens

¶ Ephegrasis.

datur illi maturare, id est, mature facere multa: quæ forent mox, id est, paulo post properanda, id est, properanter facienda cælo sereno: quo tempore alia deberent fieri. Arator procudit, id est, in incude acuit dentem vomeris obtusi: aut cauat lyncres, id est, nauiculas ex arbore: aut impressit signum pecori in urendo, aut rubrica notando. aut impressit numeros aceruis notando numerum modiorum. Alij exacuunt uallos ad sustentandas uites, & furcas bicornes ad illud idem: aut parant uiti lentæ retinacula Amerina, id est, ad uites uinciendas more Amerinorum, qui sunt Campaniæ populi. Et fiscina, id est, cistella texatur uirga rubea, id est, uimine à Rubis oppido, uel à colore. Nunc, scilicet per imbrem torrete fruges igni. & nunc frangite. i. comminuite saxo. i. mola trusatili ad panes, uel pultes conficiendum. Quippe etiam fas, id est, religio: & iura humana sinunt exercere quædam diebus festis. Nulla religio uetuit deducere riuos, cum ex agris satis opus est illos deducere, uel potius ad irrigandum inducere, & nulla religio uetuit prætere sepe, id est, opponere sepe segeti: & moliri insidias, id est, laqueos auibus: & incendere uepres, id est, spinas: & mersare, id est, mergere in fluuio salubri gregem balantum, id est, ouium. Agitator, id est, agaso onerat sæpe oleo costas aselli tardi, id est, natura pigri: aut onerat illum pomis uilibus, id est, abiectis: quæ uendat in urbe, & reuertens ab urbe reportat lapidem

Incussum, aut atræ massam picis vrbe reportat,
 Ipsa dies alios alio dedit ordine Luna
 Felices operum, Quintam fuge: pallidus Orcus,
 Eumenidesq; satæ: tum partu terra nefando
 Cœumq; Iapetumq; creat, sæuumq; Typhoëat
 Et coniuatos cœlum rescindere fratres,
 Ter sunt conati imponere Pelio Ossam,
 Scilicet atq; Ossæ frondosum inuoluere Olympum,
 Ter pater extractos deiecit fulmine montes:
 Septima post decimam felix, & ponere uites,
 Et prensos domitare boues, & licia telæ
 Addere, nona fugæ melior: contraria furtis.
 Multa adeo gelida melius se nocte dedere:
 Aut cum Sole nouo terras irrorat Eous.
 Noctē leues stipulæ melius, nocte arida prata

¶ Ephegrasis.

Incussum ad molas manuaris: aut reportat massam picis atræ: ad dolia picanda, aut uina condienda. Ipsa Luna dedit alios dies felices operum alio ordine, id est, in quibus aliquid posset fieri feliciter. Fuge quintam Lunam, id est, cum est dierum quinque, & subdit causam cur sit fugienda, quia Orcus pallidus, id est, niger inferorum deus, & Eumenides sunt satæ tali die. Tum etiam terra tali die creat, pro creauit, partu nefando Cœum, & Iapetum, & Typhoëa sæuum, & reliquos fratres, id est, gigantes coniuatos, id est, qui coniuauerunt rescindere cœlum, id est, expugnare, ut pulso Ioue regnarent ipsi. Ter conati sunt gigantes impellere Pelio monti ossam montē, & inuoluere scilicet Olympum Ossæ. Hi tres maximi sunt montes Thessaliæ: quos gigantes componebant, ut per illos in cœlum ascenderent, & ter pater Iuppiter distecit fulmine montes extractos, id est, congestos. Septima Luna post decimam, id est, xvij. Luna est felix ponere uites, id est, ad plantandum maleolos, & domitare boues prensos: & addere licia telæ, id est, ordiri telam. Nona est melior fugæ, id est, uolenti fugere. sed est contraria furtis. Multa opera rustica adeo, id est, ualde melius dedere se in nocte gelida: aut cum Eous, id est, aurora, quia Eous unus est ex equis Solis, interpretaturq; matutinus. irrorat, id est, rore spargit terras nouo sole, id est, oriente. Stipule leues, & prata arida melius

at. distecit

Nox.

melius stipulæ

ad noctes Tondentur, noctis lentus non deficit humor.
 Et quidam seros hyberni ad luminis ignes
 Peruigilat, ferroq; faces inspiciat acuto.
 Interea longum cantu solata laborem
 Arguto coniux percurrit pectine telas:
 Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem,
ad trepidat Et folijs vndam tepidi despumat aheni,
 At rubicunda Ceres medio succiditur aestu:
colono est. Et medio tostas aestu terit area fruges,
Otium hy Nudus ara, sere nudus, hyems ignaua colono,
bernium. Frigoribus parto agricolæ plerunq; fruuntur,
 Mutuaq; inter se læti conuiuia curant:
 Inuitat genialis hyems, curasq; resoluit:
 Ceu pressæ cum iam portum tetigeræ carinæ,
 Puppibus & læti nautæ imposuere coronas.
 Sed tamen & quernas glandes tunc stringere tempus,

¶ Ecphrasis.

Tondentur nocte, quia humor lentus noctis non deficit. Et quidam peruigilat ad ignes hyberni luminis seros, id est, ad multam noctem productos, & inspiciat faces, immo falces ferro acuto, id est, falces messorius dentat. Interea dum hæc agricola facit, coniux solata cantu longum laborem: qui cantu subleuatur, percurrit telas, id est, textit pectine arguto, id est, sonoro: aut decoquit Vulcano, id est, igne humorem dulcis musti, id est, saram facit, & despumat folijs, quasi cochleari undam, id est, feruorem aheni tepidi, immo calefacti. At Ceres rubicunda, id est, triticum maturum succiditur, id est, secatur medio aestu. & area terit fruges tostas medio aestu, subauditur melius quam per noctem. Nudus ara, & nudus sere, id est, aut tequam frigora hyemis superueniant. quia hyems debet esse ignaua colono, id est, ociosa. Agricolæ plerunque fruuntur parto, id est, acquisito frigoribus, id est, hyeme: & læti curant inter se conuiuia mutua, id est, reciproca. & hyems genialis inuitat, scilicet ad uoluptatem capeffendam. Ceu, id est, quemadmodum carinæ pressæ, id est, mercibus onustæ cum tetigere portum. & cum nautæ læti imposuere coronas pupibus, quod faciunt cum in portus suos peruenerunt. Sed tamē tunc, id est, per id tempus hyemis est tempus stringere glades,

Et lauri baccas, oleamq; cruentaq; myrta:
 Tunc gruibus pedicas, & retia ponere ceruis,
 Auritosq; sequi lepores, tum figere damas.
 Stuppea torquentur Balearis verbera fundæ.
 Cum nix alta iacet, glaciem cum flumina trudent:
 Quid tempestates Autumni, & sydera dicam:
 Atq; ubi iam breuiorq; dies, & mollior Aestas,
 Quæ vigilanda uiris: vel cum ruit umbriferum Ver,
 Spicea iam campis cum messis inhorruit, & cum
 Frumenta in uiridi stipula lactentia turgent:
 Sæpe ego, cum flauis messorum induceret aruis
 Agricola, & fragili iam stringeret hordea culmo.
 Omnia uentorum concurrere prælia uidi:
 Quæ grauidam late segetem ab radicibus imis
 Sublime expulsam eruerent: ita turbine nigro
 Ferret hyems culmumq; leuem, stipulasq; volantes.

¶ Ecphrasis.

Et baccas lauri, & oleæ, et myrta cruenta, id est, grana myrti rubea. Tunc etiā est tempus ponere pedicas, id est, laqueos gruibus: & ponere retia ceruis: & sequi lepores auritos, id est, longas aures habentes. tum etiam est tempus figere damas torquentem, id est, circum caput agitantem uerbera stuppea fundæ, id est, ipsam fundæ, Balearis, id est, cuius fuit usus frequens apud Balearis insulas Hispaniæ adiacentes. tunc dico, cum nix alta iacet: & cum flumina trudent, id est, impellunt glaciem. Quid dicam tempestates Autumni & sydera, id est, constellationes, & temporum mutationes, atq; ubi dies iam est breuior: & aestas est mollior, quia dies sunt breuiiores, ideo dies magis temperati. Quid dicam, quæ sunt uigilanda uiris: uel etiam cum uer imbriferum præcipitatur, & ruit: & cum messis spicea, id est, frumentum inhorruit campis, id est, crispatur. & cum frumenta lactentia, id est, cum grana lactescunt, turgent, id est, inflantur in stipula uiridi. Ego uidi sæpe prælia omnia uentorum concurrere: cum agricola induceret messorum aruis flauis, id est, segetibus maturis: & iam stringeret, id est, meteret hordea culmo fragili: quia hordei calamus fragilis est: quæ, scilicet prælia uentorum eruerent late segetem grauidam expulsam sublime, id est, sublimiter ab imis radicibus. & ita hyems, id est, tempestas ferret turbine nigro culmū leuem, & stipulas uolantes.

Ventio
hyberna.

alias imbriferum

De seditio
ne, aut stult
ta multitu
dine dici
potest.

GEORGICON.

Sæpe etiam immensum cælo venit agmen aquarum,
 Et foedam glomerant tempestatem imbribus atris
 Collectæ ex alto nubes: ruit arduus æther,
 Et pluuia ingenti fata læta, boumq; labores
 Diluit, implentur fossæ, & caua flumina crescunt
 Cum sonitu, feruetq; fretis spirantibus æquor,
 Ipse pater media nimborum in nocte, corusca
 Fulmina molitur dextra: quo maxima motu
 Terra tremit, fugere feræ, & mortalia corda
 Per gentes humilis strauit pauor: ille flagranti
 Aut Atho, aut Rhodopen, aut alta Ceraunia telo
 Deicit: ingeminant Austri, & densissimus imber.
 Nunc nemora ingenti vento, nunc littora plangunt:
 Hoc metuens, cæli menses, & sydera serua:
 Frigida Saturni sese quo stella receptor:
 Quos ignis cæli Cyllenius erret in orbis,

Tonitrus.
 Pronostica
 q̄ tempesta
 tes indicat.

¶ Ecphrasis.

Sæpe etiam agmen immensum, id est, impetus aquarum uenit de cælo. Et nubes collectæ ex alto glomerant, id est, inuoluunt foedam tempestatem imbribus atris: & æther arduus ruit, id est, ruere uidetur per pluuiam: & diluit, id est, quasi diluuium dissipat pluuiam ingenti fata læta, id est, pinguiam q̄, pro id est labores boum. fossæ implentur pluuiam: & flumina caua, id est, profunda crescunt cum sonitu. & æquor feruet fretis spirantibus, id est, ebullientibus. Ipse pater. i. Iuppiter molitur corusca fulmina. i. contorquet. dextra septimus casus est. in media nocte. i. obscuritate nimborum. i. tempestatu: quo motu. i. tonitru maxima terra tremit & concutitur. feræ fugerunt ex eo motu, & pauor humilis, id est, humilians omnia strauit corda mortalia per gentes, id est, homines. ut Ouidius, & humanas motura tonitrua mētes. Ille Iuppiter deicit fulmine, quod est illius telum, aut Athon, aut Rhodopen mōtes Thraciæ, aut alta Ceraunia, qui sunt Epiri montes. Austri ingeminant, pro ingeminantur. & imber densissimus ingeminatur. & plangunt ingenti uento. i. percutiunt: nunc nemora, nunc littora. Idcirco tu metuens hoc serua menses, & cæli sydera: & serua quo, id est, in quem locum, uel signum stella frigida Saturni receptor se: & ignis Cyllenius, id est, mercurius in quos orbis erret cæli. i. zodiaci. i. in quo signouerq; horum planetarum sit.

LIBER I.

Fo. xxxviiij.

In primis venerare Deos: atq; annua magnæ
 Sacra refer Cereri, lætis operatus in herbis
 Extremæ sub casum hyemis, iam vere sereno.
 Tunc agni pingues, & tunc mollissima uina,
 Tunc somni dulces, densæq; in montibus umbræ,
 Cuncta tibi Cererem pubes agrestis adoret:
 Cui tu lacte fauos, & miti dilue Baccho:
 Terq; nouas circum felix eat hostia fruges;
 Omnis quam chorus, & socij comitentur ouantes,
 Et Cererem clamore uocent in tecta: neq; ante
 Falcem maturis quisquam supponat aristis,
 Quam Cereri torta redimitus tempora quercu
 Det motus in compositos, & carmina dicat.
 Atque hæc ut certis possimus discere signis,
 Aestusq; pluuiasq; & agentes frigora uentos,
 Ipse pater statuit, quid menstrua Luna moneret,

Pietas.

Ambarua
 lia sacra.

¶ Ecphrasis.

¶ In primis uenerare deos: atque tu operatus, id est, sacrificans in herbis lætis refer Cereri annua sacra, id est, sacrificia anniuersaria: quod facere debes sub casum hyemis extremæ, id est, cum hyems finitur: iam uere sereno, id est, cum sunt dies iam sereniores. Et cur eo tempore sacra sint Cereri facienda: subdit dicens. Tunc agni sunt pingues: & tunc uina sunt mollissima: quia defecata. tunc somni sunt dulces: & umbræ sunt densæ in montibus propter arborum nouas frondes. Cuncta pubes. i. iuuentus rustica adoret Cererem tibi. i. tuæ utilitati. Cui Cereri dilue fauos lacte & Baccho miti, id est, suaui. hoc est misce hæc oia, scilicet lac, uinum, & mel. & hostia felix ab effectu, hoc est uitula eat circum nouas fruges: quia tunc messis est in herba. Quam uitulam omnis chorus, & socij ouantes comitentur: & uocent Cererem clamore in tecta. i. in domos suas: ut multum frumenti secum afferat. Nec quisquam supponat falcem messoriâ aristis. i. spicis maturis antequam redimitus tempora. i. coronatus quercu torta. i. in coronâ formata: det motus in compositos. id est, saltus: & dicat carmina, id est, hymnos in honore Cereris. Atque ut nos possimus hæc discere certis signis, & possimus discere aestus & pluuias, & uentos agentes frigora. i. excitantes. Ipse pater Iuppiter statuit: quid Luna menstrua. i. quæ mense conficitur moneret. i. tentaret facere.

GEORGICON.

qui d. al. qd' Quo signo caderent Austris: quid sepe videntes
 Agricolaë, propius stabulis armenta tenerent,
 Continuo ventis surgentibus, aut freta ponti
 Incipiunt agitata tumescere: & aridus altis
 Montibus audiri fragor: aut resonantia longe
 Littora misceri: & nemorum increbescere murmur.
al. a curuis Iam tibi tum curuis male temperat vnda carinis,
 Cum medio celeres reuolant ex æquore mergi,
Qu. a. lo. nō sit tutū na uigare. Clamoremq; ferunt ad littora: cumq; marinæ
 In sicco ludunt fulicæ: notaq; puludes
 Deserit, atq; altam supra volat ardea nubem.
 Sæpe etiam stellas vento impendente videbis
al. umbrā Præcípites cælo labi, noctisq; per umbras
 Flammarum longos a tergo albescere tractus.
 Sæpe leuem paleam, & frondes volitare caducas.
 Aut summa nantes in aqua colludere plumas.

¶ Ecphrasis.

Quo signo Austris caderent, quod agricolæ uidentes sepe, tenerent, id est, continerent armenta propius, id est, propinquius stabulis. Ventis surgentibus, continuo aut freta, id est, fauces & angustiae agitata, id est, commota incipiunt tumescere: & fragor aridus, id est, qui ex rebus fractis resultat incipit audiri. Aut littora longe resonantia incipiunt misceri, id est, perturbari: & murmur nemorum incipit increbescere, id est, uehementius fieri. Iam, scilicet tempestate instante unda male temperat se, id est, non abstinet à carinis curuis: cum, id est, quo tempore mergi uolucres marinæ celeres reuocant & ferunt clamorem ex æquore ad littora. Et cum fulicæ marinæ aues ludunt in sicco, scilicet littore. Et cum ardea auis nota deserit paludes notas, id est, consuetas: & uolat super altam nubem. Etiam tu uidebis stellas non stellas reuera, sed quæ uidentur esse stellæ, labi. i. discurrere præcípites, id est, ueloces cælo, id est, per ærem uento impendente, id est, iam iam aduentante: & uidebis etiam longos tractus flammarum albescere à tergo: quia stellæ illæ discurrentes relinquunt à tergo quasi semitam quandam lucis. Et uidebis sepe stipulam leuem, & frondes caducas uolitare: aut uidebis plumas nantes colludere, id est, moueri, in summa aqua, id est, in summitate aquæ, & hoc subaudi uento impendente.

LIBER I.

Fo. xxxix.

At Boreæ de parte trucidis cum fulminat, & cum
 Euricq; Zephiriq; tonat domus, omnia plenis
 Rura natant fossis: atq; omnis nauita ponto
 Humida uela legit, nunquam imprudentibus imber
 Obfuit: aut illum surgentem uallibus imis
 Aeriæ fugere grues: aut bucula cælum
 Suspiciens, patulis captauit naribus auras:
 Aut arguta lacus circumuolitaui hirundo:
 Et ueterem in limo ranæ cecinere querelam,
 Sæpius & tectis penentralibus extulit oua
 Angustum formica terens iter: & bibit ingens
 Arcus: & e pastu decedens agmine magno
 Coruorum increpuit densis exercitus alis.
 Iam varias pelagi uolucres, & quæ Asia circum
 Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri,
 Certatim largos humeris infundere rores,

¶ Ecphrasis.

At cum fulminat de parte Boreæ trucidis: qui uentus septentrionalis truculentissimus est: & cū domus Euri uenti orientalis, & Zephyri uenti occidentalis tonat: omnia rura tūc natant. i. natabūt plenis fossis ob nimium imbrē. Et omnis nauita legit. i. contrahit uela humida imbrī madefacta ponto. Imber nunquam obfuit. i. non cuit imprudentibus. i. ualde prudentibus, uel potius imprudentibus. i. ignauis. nam signa pluuiæ futuræ ita sunt manifesta: ut nemo sit qui ea non perspiciat in cælo. quia multis signis præuideri potest. Nam aut grues aeriæ uel à colore, uel à uolatu fugere imbrem illum surgentem imis uallibus per exhalationem terræ. Aut bucula, id est, parua bos suspiciens cælum captauit illum imbrem naribus patulis. Aut hirundo arguta, id est, sonora uolitaui circum lacus. & ranæ cecinerunt in limo querelam ueterem, id est, quemadmodum à latona in ranas rustici sunt mutati. Et formica terens iter angustum sæpius extulit oua tectis penentralibus, id est, ex suis cauis. Et arcus ingens bibit aquas. Et agmen coruorum decedens e pastu magno agmine, id est, congregatione increpuit, id est, insonuit densis alis. Iam tu uideas uarias uolucres pelagi: & uideas illas uolucres, quæ rimantur prata Caystri fluminis circum prata Asia in stagnis dulcibus: uideas inquam infundere rores largos humeris, id est, in humeros.

Varia plu
 uia uentura
 argumēta
 legunt.

GEORGICON.

Nunc caput abiectare fretis, nunc currere in undas,
 Et studio incassum videas gestire lauandi.
 Tum cornix plena pluuiam vocat improba voce,
 Et sola in sicca secum spatiat tur arena,
 Et caput abiectat quærum venientibus undis,
 Ne nocturna quidem carpentes pensa puellæ
 Nesciuerunt hyemem, testa cum ardente viderent
 Scintillare oleum, & putres concrecere fungos.
 Nec minus ex imbri Soles, & aperta serena
 Prospicere, & certis poteris cognoscere signis,
 Nam neque tum stellis acies obtusa videtur,
 Nec fratris radijs obnoxia surgere Luna:
 Tenuia nec lanæ per cælum vellera ferri.
 Non tepidum ad solem pennas in littore pandunt
 Dilectæ Thetidi Halcyones: non ore solutos
 Immundi meminere sues iactare maniplos.

Signa serenitatis.

¶ Ecphrasis.

Et videas nunc. i. aliquando abiectare caput fretis: nunc currere in undas. Et videas nunc. i. aliquando gestire studio lauandi incassum. i. inuanum: quia sine aqua simulant lauare se. Tunc etiam cornix improba uocat pluuiam plena uoce. i. uidetur pluuiam uocare cum canit. & abiectat. i. opponit caput quærum. i. clamoribus undis. i. pluuijs uenientibus: & illa sola secum. id est, incomitata spatiat tur arena sicca, id est, in littore maris. Et puellæ quidem carpentes. i. nentes pensa nocturna, nec nesciuerunt, immo sciuerunt, hyemem. i. futuram tempestatem: cum uiderent oleum scintillare, id est, scintillas emittere testa ardente, id est, lucerna testacea: & uiderent etiam fungos putres, id est, sordes illas myxi concrecere, id est, conglobari. Nec minus tu poteris cognoscere soles, & pro id est serena aperta ex imbri & certis signis. nam neque acies, id est, prospectus uidetur tum stellis obtusa, immo clara & pura. nec luna obnoxia, id est, subdita radijs solis: quia ab illo lucem mutuatur, obtusa uidetur crescere. Nec uellera tenuia lanæ, id est, fila tenuissima uidentur ferri per cælum, id est, per aërem. Et Halcyones dilectæ Thetidi, quia sunt aues marinæ non pandunt. i. extendunt pennas. i. alas ad solem tepidum in littore in quo uersari cōsueuerunt. Et sues immundi non meminere iactare ore manipulos frumētī solutos. i. quos iactando soluunt.

LIBER. I.

At nebulæ magis ima petunt, campoque recumbunt,
 Solis & occasum seruans: de culmine summo
 Ne quicquam seros exercet noctua cantus,
 Apparet liquido sublimis in aëre Nisus:
 Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo.
 Quacunque illa leuem fugiens secat æthera pennis,
 Ecce inimicus atrox magno stridore per auras
 Insequitur Nisus: qua se fert Nisus ad auras.
 Illa leuem fugiens raptim secat æthera pennis:
 Tum liquidas corui presso ter gutture uoces,
 Aut quater ingeminant: & sæpe cubilibus altis
 Nescio qua præter solitum dulcedine læti,
 Inter se folijs strepitant: iuuat imbribus actis
 Progeniem paruam dulcesque reuisere nidos.
 Haud equidem credo, quia sit diuinitus illis
 Ingenium, aut rerum fato prudentia maior.

aëre alias
 æthere

Impietas
 coruorū no
 tatur.
 al. in folijs

¶ Ecphrasis.

¶ At nebulæ petunt magis ima: & residunt campo. nam in tempestate per sublimia uolitant. Et noctua seruans occasum solis de summo culmine, scilicet tecti: quia non uolat nisi post solis occasum, ne quicquam hoc loco posuit pro non, cum alias semper pro frustra ponat: exercet cantus seros. i. nocturnos. i. cum non canit, signum est serenitatis. Nisus, id est, halietus apparet sublimis in aëre liquido, id est, sereno: & Scylla, id est, Cirris auiculâ dat pœnas pro capillo purpureo: nota est fabula ex octauo Metamorphoseos: & quomodo Nisus Rex Megaræ conuersus est in Halietum: filia uero in auiculam, quæ tum Casita, tum Cirris, tum Scylla dicitur. Quacunque illa, scilicet, Cirris fugiens secat pennis æthera leuem, id est, aërem. Ecce inimicus atrox insequitur illam per auras magno stridore. Et qua, id est, quacunque Nisus fert se ad auras: illa fugiens secat. i. diuidit raptim aera leuē pennis. Tunc etiam corui ingeminant ter aut quater uoces liquidas gutture presso: & ipsi læti nescio qua dulcedine strepitant inter se folijs in altis cubilibus, id est, in nidis quos habent in arboribus, quia actis, id est, præteritis imbribus iuuat, id est, delectat illos reuisere paruam progeniem, & nidos dulces propter filios. Haud equidem credo, id est, non credo illos hæc facere, quia ingenium sit illis diuinitus, aut prudentia maior rerum fato.

Verum vbi tempestas, & cœli mobilis humor
Mutauere vias, & Iuppiter humidus Austris
Densat, erant quæ rara modo; & quæ densa, relaxat:
Vertuntur species animorum; & pectora motus
Nunc alios, alios dum nubila ventus agebat,
Concipiunt; hinc ille auium concentus in agris,
Et lætæ pecudes, & ouantes gutture corui,
Si vero solem ad rapidum, Lunasq; sequentes
Ordine respicies; nunquam te crastina fallat
Hora, necq; insidijs noctis capiere serenæ,
Luna reuertentes cum primum colligit ignes,
Sinigrum obscuro comprehenderit aëra cornu,
Maximus agricolis, pelagoq; parabitur imber.
At si virgineum suffuderit ore ruborem,
Ventus erit: vento semper rubet aurea Phœbe.
Sin ortu in quarto (nancq; is certissimus autor)

Pectore.

alia signa.

¶ Ephrasis.

¶ Verum. i. sed ubi tempestas & humor cœli mobilis mutauere vias: & Iuppiter humidus, id est, aër humefactus austris densat ea quæ modo, id est, paulo ante erant rara: & quæ erant densa relaxat, id est, resoluit: species, id est, phantasmata animorum uertuntur, id est, immutantur: & concipiunt pectore nunc alios, id est, diuersos: & alios dum ventus agebat nubila, id est, alios in serenitate, & alios in tempestate. Et hinc, id est, ex hac causa est ille concentus auium in agris. & hinc, id est, ex hac causa pecudes sunt lætæ in agris. & corui sunt ouantes, id est, lætum nescio quid canentes gutture. Si vero tu respicies ad solē & ad lunas sequētes ordine. i. ordinatim: crastina hora. i. dies nūq; fallat te nec capieris insidijs noctis serenæ. i. quāuis nox præcedens serena sit: nihilo magis decipiet te quā si fuerit nubila. Cum primū luna recolligit ignes reuertētes. i. cum primum recedit a sole, & incipit reparare lucem, quam interlunio amiserat. Si cōprenderit nigrum aëra in cornu obscuro, id est, orbis lunæ fuerit obscurior: maximus imber parabitur agricolis, & pelago, id est, nauigantibus. At si luna suffuderit, id est, sparserit ore ruborem virgineum, id est, quæ solet in uirginibus, cum illas pudet, notari: uentus erit: uento rubet semper Phœbe aurea, id est, luna pulchra. Sin. i. sed si in quarto exortu, id est, in quarto die luna fuerit

Pura,

Pura, nec obtusis per cælum cornibus ibit,
Totus & ille dies, & qui nascenturab illo,
Exactum ad mensem pluuia, uentisq; carebunt:
Votaq; seruari soluent in littore nauitæ
Glaucæ, & Panopææ, & Inoo Melicertæ.

Alias neq;

Sol quoq; & exoriens, & cum se condet in undas,
Signa dabit: Solem certissima signa sequentur:
Et quæ mane refert, & quæ surgentibus astris,
Ille ubi nascentem maculis variauerit ortum
Conditus in nubem, medioq; refugerit orbe,
Suspecti tibi sint imbres: nancq; urget ab alto
Arboribusq; satisq; Notus pecoricq; sinister.
Aut ubi sub lucem densa inter nubila sese
Diuersi rumpent radij: aut ubi pallida surgit
Tithoni croceum linquens Aurora cubile:
Heu male tum mites defendet pampinus uuas,
Tam multa in tectis crepitans salit horrida grando.
Hoc etiam, emenso cum iam decedet Olympo,

De ortu.
Alias sequuntur.

¶ Ephrasis.

Pura neq; ibit per cælū cornibus obtusis, quia supra dixit, si nigrum obscuro comprehenderit aëra cornu, & per parenthesis interposuit, nancq; is est autor certissimus. s. dies lunæ quartus. totus ille dies. s. quartus & qui sequetur ab illo ad mensem exactū. i. suntū carebunt uentis & pluuia. & Nauitæ seruari a tempestate soluent uota in littore glaucæ Deæ marino, & Panopææ Deæ marinæ. & Melicertæ Inoo. i. Inus filia Cadmi ex Athamæte filio, qui conuersus est in deū marinū, qui Portunus ab eo, quod Portubus præsit, dictus est. Sol quoq; & exoriens, & cū condet se in undas, id est, occidet, dabit signa, & illa quæ refert mane cū oritur, & quæ refert astris surgentibus, id est, cum occidit, & per parenthesis quis audeat dicere solem falsum. Ille Sol ubi variauerit maculis orbē nascētē conditus. i. absconditus in nubē, et refugerit orbe medio. i. uidebit esse in recessu, imbres sint tibi suspecti, nā. Notus sinister. i. noxius arboribus, & satis, & pecori urget. i. impellit ab alto. Aut ubi radij diuersi rumpēt sese iter nubila diuersa sub lucē. i. sub ortū solis, aut ubi aurora aliquē cubile crocū Tithoni coniugis sui surgit pallida, tūc heu pampinus male. i. nō defendet uuas mites. i. maturas, tūc multa grando horrida crepitans salit in tectis. i. resultat. Hoc etiam magis p̄fuerit meminisse, cū decedet. i. occidet solem emeso. i. p̄terito olympo.

E

De occasu

Profuerit meminisse magis: nam sæpe videmus
 Ipsius in vultu varios errare colores,
 Cæruleus pluuiam denunciat: igneus Euros,
 Sin maculae incipient rutilo immiscerier igni,
 Omnia tunc pariter vento, nimbisq; videbis
 Feruere: non illa quisquã me nocte per altum
 Ire, neq; a terra moneat conuellere funem,
 At si, cum referetq; diem, condetq; relatum,
 Lucidus orbis erit, frustra terreberis nimbis:
 Et clato sylvas cernes Aquilone moueri.

Deniq; quid vesper serus vehat, vnde serenas
 Ventus agat nubes, quid cogitet humidus Auster.
 Sol tibi signa dabit. Solem quis dicere falsum
 Audeat: ille etiam cæcos instare tumultus
 Sæpe monet, fraudemq; & operta tumescere bella,
 Ille etiam extincto miseratus Cæsare Romam,
 Cum caput obscura nitidum ferrugine textit:

¶ Euphrasis.

Nam nos videmus sæpe in vultu ipsius Solis colores varios errare. Cæruleus id est, quasi utridis denunciat pluuiã, igneus, id est, coloris ignei denunciat Euros. Sin, id est, sed si maculae incipient miscerier, pro misceri orbi rutilo, tunc videbis omnia feruere. i. misceri uento & nimbis. Quisquã non moneat me illa nocte ire per altum, id est, mare, neq; moneat me conuellere funem a terra. id est, soluere nauem. At si cum Sol referet diem, id est, ortetur, & condet relatum, id est, occidet orbis eius erit lucidus, tu frustra terreberis nimbis, quia nulli erunt, & tu cernes sylvas moueri Aquilone puro, id est, serenitatem faciente. Deniq; Sol dabit tibi signa, quid Vesper serus uehat, id est, quid tempus uespertinum promittat, dabit quoq; signum unde ventus agat nubes serenas, quia a Septentrione, & dabit signa quid Auster humidus cogitet, quid a. quia pluuias. Quis audeat dicere Solem falsum, quasi diceret, nemo, ille, scilicet, Sol monet sæpe tumultus, & monet fraudem, id est, prodicionem, & bella occulta tumescere, id est, conflare. Quod manes festat in eo, quod accidit, quo tempore Cæsar est interfectus, quoniam luce amissa significabat illum breui interiturum. Ille etiam, scilicet, Sol miseratus est Romam extincto Cæsare, hoc dicit Vergilius ut ab Augusto Cæsare gratiam incipit, cum Sol textit caput nitidum ferrugine obscura, id est, purpura nigriori,

Excurrit i
 locū com-
 munē, des-
 plorat es
 nim tēpos
 rum calas
 mitatem,

Impiaq; æternam timuerunt secula noctem,
 Tempore quamquam illo tellus quoq; & æquora ponti,
 Obscœniq; canes, importunæq; volucres
 Signa dabant, quoties Cyclopum efferuere in agros
 Vidimus vndantem ruptis fornacibus Aetnam:
 Flammaramq; globos, liquefactaq; voluere saxa:
 Armorum sonitum toto Germania cœlo
 Audijt: insolitis tremuerunt motibus Alpes,
 Vox quoq; per lucos uulgo exaudita silentes
 Ingens: & simulacra modis pallentia miris
 Visa sub obscurum noctis, pecudesq; locutæ.
 (Infandum) sistunt amnes, terræq; dehiscunt:
 Et mœstum illacrymat templis ebur: æraq; sudant.
 Prœluit infano contorquens vortice sylvas
 Fluuiorum rex Eridanus, camposq; per omnes
 Cum stabulis armenta tulit: nec tempore eodem
 Tristibus aut extis fibræ apparere minaces,

¶ Euphrasis.

& impla secula timuerunt noctem et. nam, id est, perpetuas tenebras. Quæquã etiam illo tempore tellus quoq; & æquora ponti, id est, maris planities dabant signa mortis futuræ, & obscœni canes, & volucres importunæ dabant signa. Quoties nos uidimus Aetnam undantem, id est, undam flammaram euomentem fornacibus efferuere in agros Cyclopum, id est, partem Siciliæ, quam quondam Cyclopes tenuerunt, & uidimus globos flammaram & saxa liquefacta in pumices illam, scilicet Aetnam euoluere. Germania quoque audijt, pro audiuit sonitum armorum toto cœlo, & Alpes tremuerunt motibus insolitis. uox quoq; ingens audita est per lucos silentes, & simulacra pallentia miris modis uisa sunt sub obscuram noctis, id est, primis tenebris, & pecudes locutæ sunt infandū, id est, incredibile. Amnes sistunt, id est, fluere cessant, & terræ dehiscunt, id est, rimas agunt, & ebur, id est, imagines ex ebore illacrymat, id est, fundit lachrymas. æraq; id est, Statuæ ex ære sudant. Et Eridanus fluuius Italiæ, qui postea dictus est Padus, Rex fluuiorum, quia maximus est omnium prœluit, id est, per alluionem euertit uortice infano sylvas. i. arbores, tulit per omnes campos armenta cum stabulis, & eodem tempore nec fibræ minaces. i. malitiam minantes cessauerunt apparere in extis tristibus. i. triste aliquid denunciantibus.

qriturq; et
 ardere oia
 bello, &
 apparuisse
 se certabel
 li signa.

Autputeis manare cruor cessauit: & alte
 Per noctem resonare lupis ululantibus urbes,
 Non alias cœlo ceciderunt plura sereno
 Fulgura: nec diri toties arserunt cometae.
 Ergo inter sese paribus concurrere telis
 Romanas acies iterum videre Philippi:
 Nec fuit indignum superis, his sanguine nostro
 Emathiam, & latos Aemi pinguescere campos.
 Scilicet & tempus veniet cum finibus illis
 Agricola incuruo terram molitus aratro,
 Exesa inueniet scabra rubigine pila:
 Aut grauius rastris galeas pulsabit inanes:
 Grandiaq; effossis mirabitur ossa sepulchris.
 Dñi patrii indigetes & Romule, Vestaq; mater,
 Quæ Tuscum Tyberim, & Romana palatia seruas;
 Hunc saltem euerso iuuenem succurrere seculo
 Ne prohibite; satis iam pridem sanguine nostro

¶ Euphrasis.

aut cruor cessauit manare in altis puteis & alte i. nobiles urbes non cessauerunt
 resonare lupis ululantibus. i. nisi sunt lupi in illis ululare. Et fulgura non ceciderunt all
 as. i. alio tempore cœlo sereno plura quã tunc ceciderunt. Nec cometae diri toties arse
 re quoties tunc. ergo ex his supra memoratis signis hæc sunt consecuta, qd' Philippi
 in Thessalia ciuitas uidere acies Romanas concurrere inter sese paribus telis. i. ar
 mis ciuilib' iterum, quia primo, cū pugnatum est inter Cæsarem & Pompeium, &
 iterum inter Augustum & Cæsaris interfectores. Nec fuit indignum superis Dijs
 Emathiam. i. Thessaliã, & campos latos Aemi montis Thessaliã pinguescere his
 nostro sanguine. i. Romano. Scilicet. i. certe & tempus ueniet, cum Agricola moli
 tus terram. i. arando uertens aratro curuo in illis finibus i. in illis Regionibus in
 ueniet pila. i. tela Romana exesa. i. consumpta rubigine scabra. i. aspera illa ferri sors
 dicie et erugine, aut pulsabit rastris grauius galeas inanes. i. uacuas, & mirabitur
 grandia ossa sepulchris effosis. Dñi patrii indigetes, id est, qui in Dijs agitis. &
 o Romule & Vesta mater, quæ seruas Tyberim tuscum & Romana palatia ne
 prohibite, immo iubete, saltem hunc iuuenem. id est, Augustum Cæsarem succur
 rere seculo auerso, id est, perturbato mundo. satis iam pridem iuuius nostro san

Poetica
 amplificatio.

Laomedontæ luimus periuria Troiæ,
 Iam pridem nobis cœli te regia, Cæsar,
 Inuidet, atq; hominum queritur curare triumphos,
 Quippe ubi fas uersum atq; nefas: tot bella per orbem,
 Tam multæ scelerum facies; non ullus aratro
 Dignus honos: squalent abductis arua colonis:
 Et curuæ rigidum falces conflantur in ensem.
 Hinc mouet Euphrates, illinc Germania bellum:
 Vicinæ ruptis inter se legibus vrbes
 Arma ferunt: sauit toto Mars impius orbe:
 Ut cum carceribus sese effudere quadrigæ,
 Addunt se in spacia, & frustra retinacula tendens
 Fertur equis auriga: neq; audit currus habenas.

¶ Euphrasis.

guine periuria Laomedontæa, id est, Laomedontis, qui negauit Apollini &
 Neptuno pactam mercedem pro murorum constructione. O Cæsar Auguste Regia
 cœli iam pridem inuidet te nobis, ut uelis terras relinquere, & in cœlo regnare,
 & queritur te curare triumphos hominum, id est, regere mortales. Quippe
 ubi fas & nefas est uersum, & omnia bello confunduntur, & tot bella sunt per
 orbem. & tam multæ facies, id est, species scelerum sunt, non est ullus honos dis
 gnus aratro, id est, agriculturæ. Et arua squalent colonis abductis, id est, subtra
 ctis ad militiam. & falces curuæ conflantur, id est, formantur in ensem rigidum,
 id est, durum. Euphrates fluuius Mesopotamiæ, id est, Parthia mouet bellum
 hinc, id est, ab una parte. & Germania mouet bellum illinc, id est, ab alia mun
 di parte. Et urbes uicinæ ferunt inter se arma ruptis legibus, id est, confœde
 rationibus uiolatis. Mars impius sauit toto orbe propter bella ciuilia. Ut
 cum quadrigæ effudere sese carceribus, id est, ex repagulis emissæ sunt, addunt
 sese in spacia, & auriga frustra tendens retinacula, id est, habenas fertur equis,
 id est, impetu equorum, neq; currus audit habenas, id est, equi non obtemperant
 freno.

Querimo
 nia.

Provera
 bialis uers
 ficulus de
 ijs qui nõ
 audiunt.

OVIDII NASONIS TETRASTICHON
 in librum secundum Georgicon.

F iij


Hactenus aruorum cultus, & sydera coeli:
Pampineascanit inde comas, collesq; uirentes,
Descriptasq; locis uites, & dona Lyæi.
Atq; oleæ ramos pomorum ex ordine lætos,

¶ Ecphrasis.

Hactenus. Argumentum est secundi libri. Hactenus, id est, hucusq; Ver g illi
us cecinit aruorum cultus, & sydera cali, nunc ille canit comas pampinea
as, id est, uites, & colles uirentes, & canit uites descriptas locis, id est, in quadratu
ram digestas, & dona Lyæi, id est, Bacchi. Et canit ramos oleæ lætos ex ordine
pomorum, quia post uites de oliuis præcipue differit.

P V B. VERGI
LII MARONIS GEORGICON
Liber Secundus.

Hic liber
tradit ra-
tionem vi-
tium colē-
darū, præ-
terea præ-
cepta de
olea & a-
lijs nonnul-
lis arboris-
bus.



Hactenus aruorum cultus, & sydera coeli:
Nunc te Bacche canā, nec nō syluestria tecū
Virgulta, & prolem tarde crescentis oliuæ.
Huc pater o Lenæ; tuis hic omnia plena
Muneribus, tibi pāpineo grauidus Au tūno
Floret ager, spumat plenis uindemia labris.
Huc pater o Lenæ ueni, nudataq; musto
Tinge nouo mecum direptis crura cothurnis.
Principio arboribus uaria est natura creandis:

¶ Ecphrasis.

Hactenus ego cecini cultus aruorū, & sydera cali, sed o Bacche nūc canā te,
nec non tecū uirgulta syluestria, & canā simul prole oliuæ tarde crescentis,
q̄ ad multos annos fructū fert. O pater Lenæ ueni huc, quia hic. i. in hoc libro om-
nia sunt plena tuis munerib⁹. i. uitis, q̄ tu hominib⁹ dedisti. & ager grauidus. i.
plen⁹. Autūno pāpineo. i. uitis. floret tibi hic. i. in hoc libro, & uindemia plenis la-
bris. i. uindemia in labris plenis spumat. Sūt autē labra uasa testacea, in quib⁹ uel v-
ua calcatur, uel in quib⁹ mustū excipitur. Veni Inquā o Bacche & direptis. i. detra-
ctis cothurnis. quib⁹ cothurnat⁹ incedis, tinge mecum crura. i. calca mecum uuas in tor-
culari nouo musto. i. autūnali. Principio. posteaquā inuocauit, prosequitur opus in-
stitutum dicens. Principio natura est uaria, id est, diuersa arboribus creandis.

Namq; aliæ nullis hominum cogentibus, ipsæ
Sponte sua ueniunt, camposq; & flumina late
Curua tenent: ut molle filer, lentæq; genistæ,
Populus, & glauca canentia fronde salicta,
Pars autem posito surgunt de semine: ut altæ
Castaneæ, nemorumq; Ioui quæ maxima frondet
Esculus, atq; habitæ Graijs oracula quercus,
Pullulat ab radice alijs densissima sylua:
Ut cerasis, ulmisq; etiam Parnassia laurus
Parua sub ingenti matris se subijcit umbra.
Hos natura modos primum dedit: his genus omne
Syluarum, fruticumq; uiret, nemorūq; sacrorum,
Sunt alijs, quos ipse uia sibi repperit usus.
Hic plantas tenero abscondens de corpore matrum
Deposuit sulcis: hic stirpes obruit aruo,
Quadrifidasq; fudes, & acuto robore uallos.

¶ Ecphrasis.

Namq; aliæ arbores ueniunt, id est, nascuntur sponte sua, id est, natura, nullis ho-
minibus, id est, nullis hominibus cogentibus, id est, terram exercentibus. & tenent
late campos & flumina curua, ut filer molle species uimilis est, & genistæ lentæ,
id est, flexibiles. & populus, & salicta, id est, salices canentia, id est, albicātia fron-
de glauca, id est, uiridi, quia frondes salicis huiusmodi sunt. Pars autem, id est, a-
liquæ arbores surgunt de semine ipsarum arborum, ut castaneæ altæ, & esculus,
quæ maxima nemorum frondet Ioui, cui est consecrata, ut ceteræ arbores glandi-
feræ, ut quercus habitæ oracula Graijs, quia ex quercubus in Epiro responsa ac-
cipiebant. Alijs arboribus sylua densissima pullulat ab radice, ut cerasis & ul-
mis. Etiam laurus Parnassia, quæ in Parnaso abundat, aut quia Apollini sacra est,
parua subijcit se, id est, crescit sub ingenti umbra matris. Natura dedit primum
hos modos, quia naturales sunt. Et omne genus syluarum & fruticum & ne-
morum sacrorum, id est, lucorum uiret his, scilicet, tribus modis. Sed sunt alijs
modi, quos ipse usus, id est, experientia repperit sibi uia, id est, ratione & arte.
Hic alijs agricola abscondens plantas de corpore matrum tenero. i. surculos de arbori-
bus deposuit sulcis. i. scrobibus. Hic. i. al⁹ obruit aruo stirpes. i. triticos et fudes quadrifi-
das. i. ita crassas, ut in quatuor partes diuidi possint, et obruit uallos acuto robore,
quæ exacuit ut hui⁹ figat. aliæ arbores expectat arc⁹ ppaginis. i. ppagari i modū arc⁹.

Quam ua-
rie nascū-
tur arbo-
res.

Sylvarumq; aliæ pressos propaginis arcus
 Expectant, & viua sua plantaria terra.
 Nil r adicis egent aliæ: summumq; putator
 Haud dubitat terræ referens mandare cacumen,
 Quin & caudicibus sectis (mirabile dictu)
 Truditur e sicco radix oleagina ligno.
 Et sæpe alterius ramos impune uidemus
 Vertere in alterius, mutatam insita mala
 Ferre pyrum, & prunis lapidosa rubescere corna,
 Quare agite o proprios generatim discite cultus
 Agricolæ, fructusq; feros mollite colendo,
 Neu segnes iaceant terræ, iuuat Ismara Baccho
 Conserere, atq; olea magnum vestire Taburnum,
 Tuq; ades, inceptumq; uno decurre laborem
 O decus, o famæ merito pars maxima nostræ
 Mecœnas, pelagoq; uolans da vela patienti,
 Non ego cuncta meis amplecti uersibus opto;

Adhorta-
tio.

Apostro-
phe ad
Mecœnas
tem.

¶ Ecphrasis.

Et aliæ sylvarum, id est, arborum expectant plantaria uiua cum sua terra. Aliæ arbores nil egent radicis, et putator referens cacumen summum ex arbore haud dubitat mandare terræ, id est, plantare illud. Quinetiam radix oleagina truditur, id est, erumpit e ligno sicco caudicibus, id est, truncis oliuæ sectis. Et uidemus sæpe uertere impune, id est, sine damno ramos alterius arboris in ramos alterius arboris, et hoc per insitionem. Et uidemus pyrum mutatam, id est, infertam ferre mala, et econtrario. Et corna lapidosa, id est, dura rubescere prunis, id est, ferre pruna. Quare o Agricola agite, id est eia, nam hortantis est aduerbium, discite proprios cultus cuiusq; arboris generatim, id est, per singula genera. Et mollite, id est, mitigate et molliores facite fructus feros colendo. Et ne terræ iaceant segnes, id est, steriles iuuat, id est, nimia uoluptas conserere Baccho, id est, vitibus Ismara montes Thraciæ, ubi non sunt uites, et iuuat vestire Taburnum montem magnum, qui non est aptus oliuis. Tuque o Mecœnas ades et decurre una, id est, mecum laborem cœptum. O Mecœnas inquam decus et pars maxima nostræ famæ, et hoc merito. Et tu uolans, id est, nauigans mecum da uela pelago patienti, id est, materiæ ante oculos posita. Non ego opto amplecti cuncta meis uersibus, non (inquam) opto, si, id est, quamuis

Non mihi si linguæ centum sint, oraq; centum,
 Ferrea uox, ades, & primi lege littoris oram,
 In manibus terræ: non hic te carmine ficto,
 Atq; per ambages, & longa exorsa tenebo.
 Sponte sua quæ se tollunt in luminis auras,
 Infœcunda quidem, sed læta, & fortia surgunt:
 Quippe solo natura subest: tamen hæc quoq; si quis
 Inserat, aut scrobibus mandet mutata subactis,
 Exuerint syluestrem animum, cultuq; frequenti
 In quascunq; uoces artes, haud tarda sequentur,
 Nec non & sterilis quæ stirpibus exit ab imis,
 Hoc faciet, uacuos si sit digesta per agros:
 Nunc altæ frondes, & rami matris opacant,
 Crescentiq; adimunt foetus, uruntq; ferentem,
 Nam quæ seminibus iactis se sustulit arbos,
 Tarda uenit, seris factura nepotibus umbram;

¶ Ecphrasis.

uis centum linguæ sint mihi, et centum ora sint mihi, et uox ferrea sit mihi, da uela in quam et lege, id est, nauiga mecum oram primi littoris. Terræ sunt mihi in manibus, id est, est mihi scribendi materia. Ego non tenebo te hic carmine ficto, atq; per ambages pœtticas et exorsa, id est, principia longa. Igitur illa robora et arbores, quæ sponte sua, id est, naturaliter tollunt se, id est, eriguntur in auras luminis, infœcunda sunt, sed surgunt læta et fortia. Quippe, p quoniam natura. i. uis, quæ clã. i. o. culta subest solo, id est, in ipsa terra. Tamen hæc quoque, scilicet, syluestria inserat, aut illa mutata mandet scrobibus subactis, id est, excultis, exuerint, id est, deponent animum syluestrem, id est, feritatem, et illa haud tarda sequentur te in quascunque artes illa uocaueris, cultu frequenti, id est, frequenter colendo. Nec non et illa sterilis arbor, quæ exit ab imis stirpibus, id est, nascitur per se ipsam faciet hoc, id est, exuerit animum syluestrem, si sit digesta per agros, id est, transposita in agros cultos. nunc aliæ frondes, id est, cæterarum arborum, et rami matris opacant, id est, inumbrant et adimunt foetus, id est, fertilitatem crescenti, et urunt ferentem. etiam si ferant diminuunt. Nam illa arbor quæ sustulit se. i. creuit ex seminibus iactis, uenit tarda. i. sera factura umbræ nepotibus seris. i. sero futuris,

F P

Pomaq̄ degenerant succos oblita priores:
 Et turpes auibus prædam fert uua racemos.
 Scilicet omnibus est labor impendendus: & omnes
 Cogendæ in sulcum, ac multa mercede domandæ.
 Sed truncis oleæ melius, propagine uites
 Respondent, solido Paphiæ de robore myrtus.
 Plantis & duræ coryli nascuntur, & ingens
 Fraxinus, herculeæq̄ arbos umbrosa coronæ,
 Chaoniq̄ patris glandes: etiam ardua palma
 Nascitur, & casus abies uisura marinos,
 Inseritur uero ex foetu nucis arbutus horrida:
 Et steriles platani malos gessere ualentes:
 Castaneæ fagos: ornusq̄ incanuit albo
 Flore pyri: glandemq̄ sues fregere sub ulmis.
 Nec modus inferere, atq̄ oculos imponere, simplex.
 Nam qua semedio trudent de cortice gemmæ,

¶ Ecphrasis.

¶ *poma oblita succos priores, id est, paternos degenerant, id est, non respondent generi suo. Et uua sic procreata fert racemos turpes. appositivæ. prædam auibus. Scilicet labor est impendendus omnibus his generibus arborum, & omnes sunt cogendæ in sulcum, id est, colendæ ac domandæ, id est, colendæ, multa mercede, id est, multis mercenarijs. Sed oleæ melius uentant truncis, id est, ex sudibus ut dixit. & uites respondent melius propagine. myrtus Paphiæ, id est, uulneris uentant melius de robore solido. & coryli duræ nascuntur plantis, & ingens fraxinus nascitur plantis. & arbos umbrosa coronæ herculeæ, id est, populus nascitur plantis. & glandes patris Chaoni, id est, Iouis nascuntur plantis. etiam ardua palma nascitur plantis. & abies uisura casus marinos, id est, pericula marina, quoniam ex ea fiunt naues. Arbutus horrida, id est, syluestris inseritur ex foetu nucis, & platani steriles, quia nullius pomi gratia coluntur, gessere malos ualentes arbores pomiferas. Castaneæ gessere fagos, immo fagi gessere castaneas. ornus arbor syluestris incanuit flore pyri albo, id est, pyrus inseritur in orno, sues quæ fregere glandem sub ulmis, id est, glandiferæ arbores insite sunt in ulmis. Nec est modus simplex, id est, unicus inserere, & oculos imponere, id est, inserendi & inoculandi, quæ sunt insitionis species. Nam ea parte surculi qua gemmæ trudent, se de cortice, id est, erumpunt,*

De insitione.

De discrimine insitionis, & inoculationis.

Et tenues rumpunt tunicas, angustus in ipso
 Fit nodo sinus: huc aliena ex arbore germen
 Includunt, udoq̄ docent inolescere libro,
 Aut rursus enodes trunci resecantur, & alte
 Finditur in solidum cuneis uia: deinde feraces
 Plantæ immittuntur: nec longum tempus, & ingens
 Exiit ad cælum ramis felicibus arbos,
 Miraturq̄ nouas frondes, & non sua poma.
 Præterea genus haud unum nec fortibus ulmis,
 Nec salici, lotoq̄, nec Idæis cyparissis,
 Nec pingues unam in faciem nascuntur oliuæ:
 Orchites, & radij, & amara pausia bacca,
 Pomaq̄, & Alcinoi syluæ: nec surculus idem
 Crustumijs, Syrijsq̄ pyris, grauibusq̄ uolemis,
 Non eadem arboribus pendet uindemia nostris,
 Quam Methymnæo carpit de palmite lesbos,
 Sunt Thasiæ uites, sunt & Mareotides albæ:

¶ Ecphrasis.

¶ *rumpunt tenues tunicas, ipso nodo, id est, in gemma fit sinus rupto, scilicet, cortice, & huc, id est, in alieno sinu includunt germen ex arbore aliena, & docent utramq; arborem inolescere, id est, concresecere libro, id est, concresecere cortice humido. Aut rursus trunci enodes, id est, sine nodo resecantur, & uia finditur alte, id est, in profundum cuneis in solidum, deinde plantæ, id est, surculi feraces immittuntur, id est, inseruntur. Nec longum tempus, scilicet, sequitur, & ingens arbos ramis felicibus, id est, fertilibus exiit ad cælum, & miratur nouas frondes, id est, alienas, & poma non sua. Præterea non est unum genus, immo multa, arboribus, quæ sequuntur, ut ulmis fortibus, id est, robustis. & loto arbori nobis incognita, & cyparissis Idæis ab Ida sylua ubi abundant. Nec oliuæ pingues nascuntur in unam faciem, id est, speciem. Orchites, scilicet, sunt dictæ à magnitudine testiculorum, & radij oliuæ sunt longiores, & pausia oliua bacca amara, id est, bacca amara. Et poma & syluæ Alcinoi Regis Phæacum, qui egregios habuit hortos. & non est idem surculus pyris crustumijs & syrijs & uolemis grauibus, id est, magnis ab eo quod uolam impleant. Non eadem uindemia, id est, uua species pendet à nostris arboribus, quam Lesbos insula carpit de palmite Methymnæo ab urbe Lesbi Methymna. Sant etiã uites Thasiæ, & sunt uites albæ dictæ Moreotides ab Aegypto.*

Insitione describitur.

Variis esse species in singulis generibus.

Pinguibus hæ terris habiles, leuioribus illæ,
 Et passo psythia utilior, tenuisq; lageos,
 Tentatura pedes olim, victuraq; linguam,
 Purpureæ, preciaq; & quo te carmine dicam
 Rhetica: nec cellis ideo contende Falernis,
 Sunt & Amineæ uites, firmissima uina,
 Tmolus & assurgit quibus, & rex ipse Phaneus,
 Argitisq; minor: cui certauerit ulla,
 Aut tantum fluere, aut totidem durare per annos,
 Non ego te mensis, & Dis accepta secundis,
 Transferim Rhodia, & tumidis Bumaste racemis,
 Sed neq; quam multæ species, nec nomina quæ sint
 Est numerus: neq; enim numero comprehendere refert,
 Quem qui scire uelit, Libyci uelit æquoris idem
 Discere, quam multæ Zephyro turbentur arenæ:
 Aut ubi nauigijs uolentior incidit Eurus,
 Nosse quot Ionij ueniant ad littora fluctus.

¶ Ecphrasis.

Hæ. i. quedam illarum habiles pinguius terris, et illæ habiles leuioribus. & Psythia est utilior passo, & lageos tenuis uua tentatura pedes olim & uictura linguam, quod utrunq; faciet in ebrietate. Sunt etiam uua purpureæ & precia, id est, præcoces. & o rhetica quo carmine dicam te, id est, dubium est laudem ne an uituperem te: sed non ideo contende cum cellis Falernis, id est, uino Falerno, quod est optimum in Falerno monte Campaniæ. Sunt etiam uites Amineæ, uites. appositivæ. uina firmissima. quibus Tmolus & Phaneus ipse Rex assurgit, qui sunt montes hoc genere uitis confiti. Est etiam argitis minor, species etiam est uua, cui nulla alia certauerit, aut tantum fluere, id est, tantum musti emittere, aut durare per totidem annos, quia uinum illud uetustescit, & o Rhodia accepta, id est, grata Dijs & mensis secundis, ego non transibo te, & o Bumaste racemis tumidis, ego non præteribo te. Sed neq; est numerus determinatus, quam multæ species sint, nec quæ nomina sint, neque refert comprehendere illas numero. Quem numerum qui uelit scire, idem uelit discere quam multæ arenæ æquoris Libyci turbentur Zephyro, aut idem uelit nosse quot fluctus Ionij maris ueniant ad littora, ubi Eurus uolentior incidit nauigijs, i. in nauigla.

Ali. adeo. Alciat⁹ legit, Sūt etiam Ammineæ. Tmolius assurgit.

Nec uero terræ ferre omnes omnia possunt;
 Fluminibus salices, crassiq; paludibus alni
 Nascuntur: steriles saxosis montibus orni,
 Littora myrtetis læuissima: deniq; aptos
 Bacchus amat colles: Aquilonem, & frigora taxi,
 Aspice & extremis domitum cultoribus orbem,
 Eoasq; domos Arabum, pictosq; Gelonos,
 Diuisæ arboribus patriæ, sola India nigrum
 Fert ebum: solis est turea uirga Sabæis.
 Quid tibi odorato referam sudantia ligno
 Balsamaq; & baccas semper frondentis achanti?
 Quid nemora Aethiopum molli canentia lana?
 Velleraq; ut folijs depectant tenuia Seres?
 Aut quos Oceano propior gerit India lucos,
 Extremi sinus orbis ubi aera vincere summum
 Arboris haud uille iactu potuere sagittæ:
 Et gens illa quidem sumptis non tarda pharetris.

¶ Ecphrasis.

Nec uero omnes terræ possunt ferre omnia, quia salices nascuntur fluminibus, & alni nascuntur paludibus crassis, & orni nascuntur in montibus saxosis, Littora sunt læuissima i. gaudet myrtetis. Deniq; Bacchus amat colles aptos. i. uineas soli expositas. & taxi amat Aquilonem & frigora. i. loca frigoribus exposita, Aspice orbem domitum a populo Romano cultoribus extremis. septimus casus pro genituo & aspice domos Eoas Arabum, qui sunt populi Orientis, & Gelonos pictos, qui sunt populi Scythiæ. Patriæ sunt diuisæ arboribus. sola India fert nigrum ebum, quæ est materia nigra. unde etiam nunc fiunt gladiatorum capuli, & uirga thurea, id est, thuris est solis Sabæis, qui sunt Arabiæ populi. & quid ego referam tibi balsama sudantia ligno odorato? & baccas Achanti semper frondentis: qui est spinæ genus. Quid ego referam nemora Aethiopum surgentia lana molli: sunt enim ibi arbores lanigeræ. & quid referam ut Seres populi Indorum orientales depectant ex arboribus uellera tenuia et quid referam lucos. quos India propior Oceano fert appo. sinus orbis extremi. ubi haud uille, id est, nulle sagittæ potuerunt uincere iactu summum aera, id est, altitudinem arboris. & pro quidem gens illa non est tarda sumptis pharetris. i. quamuis sunt optimi sagittatores, non tamen possunt arborum cacumines superare. Deinde arborem medicam describit, quæ simillima est malo Citreo.

Non omnes terræ omnia ferunt.

Balsama i India crescunt.

GEORGICON.

Media fert tristes succos, tardumq; saporem
 Felicis mali, quo non praesentius vllum
 (Pocula siquando saeva infecere nouercae,
 Miscueruntq; herbas, & non innoxia verba)
 Auxilium venit, ac membris agit atra venena.
 Ipsa ingens arbor, faciemq; simillima lauro:
 Et si, non alium late iactaret odorem,
 Lauruserat: folia haud vllis labentia ventis:
 Hos apprima tenax, animas, & olentia Medi
 Ora fouent illo: & senibus medicantur anhelis.
 Sed neq; Medorum syluae, ditissima terra,
 Nec pulcher Ganges, atq; auro turbidus Hermus,
 Laudibus Italiae certent: non Baetra, neq; Indi,
 Toraq; turiferis Panchaia pinguis arenis.
 Haec loca non tauri spirantes naribus ignem
 Inuertere, satis immanis dentibus Hydri:

¶ Ecphrasis.

Media (inquit) Regio fert succos tristes, id est, acres & amarus, tardumq; saporem mali felicis, id est, fertilis arboris. Quo auxilio nullum auxilium praesentius, id est, efficacius uenit membris, si quando Nouercae saeva contra Primum infecere pocula ueneno, & miscuerunt herbas, & uerba non innoxia, immo nocentia, quia ueneficia herbis uenenatis & incantationibus consistat, & agit, id est, expellit membris uenena atra, id est, nigra ab effectu, quia qui uenenu biberunt, nigrescunt. Ipsa malus medica est ingens arbor, et est simillima factum, id est, habet faciem simillimam lauro, & si non iactaret, id est, spiraret late alium odorem, quam habet, laurus erat. folia sunt illi haud labentia ullis uentis. & flos est illi tenax ad primam, id est, ualde haerens, Medi fouent illo flore animas & ora olentia, & medicantur etiam illo flore senibus anhelis, id est, quibus est difficultas respirandi. Sed neq; syluae, id est, arbores Medorum, appositue, terra ditissima, nec Ganges pulcher, qui est Indorum fluuius, atq; Hermus fluuius Lidiae turbidus auro, quia haerens fert aureas, certent, id est, comparari debent laudibus Italiae, non Baetra ciuitas Orientalis, neq; Indi, & tota Panchaia Regio Arabiae pinguis haerens turiferis, quia ibi tantu thus gignitur. Tauri spirantes ignem naribus non inuertent haec loca, sicut est factu in Colchis populis, satis, id est, seminatis dentibus immanis hydri.

Descriptio mali aurei, seu Citrini.

Encomium Italiae

LIBER II.

fo. xlviii.

Nec galeis, densisque virum seges horruit hastis.
 Sed grauidae fruges, & Bacchi Massicus humor
 Impleuere: tenent oleaeq; armenta q; laeta.
 Hinc bellator equus campo sese arduus infert:
 Hinc alibi Clitumne greges, & maxima taurus
 Victima, saepe tuo perfusi flumine sacro
 Romanos ad templa Deum duxere triumphos.
 Hic ver assiduum, atq; alienis mensibus aestas:
 Bis grauidae pecudes: bis pomis utilis arbor.
 At rabidae tigres absunt, & saeva leonum
 Semina, nec miseros fallunt aconita legentes:
 Nec rapit immensos orbis per humum, neq; tanto
 Squameus in spiram tractu se colligit anguis.
 Adde tot egregias vrbes, operumq; labores:
 Tot congesta manu praeruptis oppida saxis:
 Fluminaq; antiquos subter labentia muros.
 An mare, quod supra memorem, quodq; aluit infra:

¶ Ecphrasis.

Se ges uirum, pro utrorum non inhorruit hic astis densis & galeis. Sed hic sunt fruges grauidae & humor Bacchi Massici. id est, uinum montis Capanae impleuere haec loca & olea et armenta tenent haec loca. Equus bellator arduus infert sese campo hinc, id est, ab Italia. O Clitumne, fluuius est Italiae, greges albi sunt hinc, et taurus maxima uictima est hinc, & illi greges & tauri perfuso tuo sacro flumine duxere triumphos Romanos ad templa Deum, id est, Deorum. hic, id est, in Italia est Ver assiduum, & aestas mensibus alienis, id est, per hyemem contingunt ea, quae alij per aetatem. Et pecudes sunt hic bis grauidae, scilicet, in anno. & arbor est hic bis utilis pomis. At rabidae tigres absunt, id est, non sunt in Italia, & semina saeva leonum absunt, nec aconita, id est, uenena fallunt miseros legentes, id est, colligentes herbas. Neq; anguis squameus, id est, squamosus rapit orbis immensos, id est, spiras per humum, neque colligit, id est, sinuat se in spiram tanto tractu. Adde ad superiora tot vrbes egregias, & labores operum, & adde tot oppida congesta, id est, constructa manu saxis praeruptis, id est, impraeceptum positis, & adde flumina labentia subter muros antiquos, id est, urbes nobilissimas. An memorem, id est, narrabo potius mare, quod alluit supra, id est, undat, hoc est, mare Adriaticum, quodque alluit infra, id est, mare Tyrrhenum.

Alia r. pile.

GEORGICON

An ne lacus tantos: te Lari maxime: teq;
 Fluctibus & fremitu assurgens Benace marino?
 An memorem portus: Lucrinoq; addita claustra?
 Atq; indignatum magnis stridoribus æquor,
 Iulia qua ponto longe sonat vnda refuso,
 Tyrrhenusq; fretis immittitur æstus Auernis?
 Hæc eadem argenti riuos, ærisq; metalla
 Ostendit venis: atq; auro plurima fluxit.
 Hæc genus acre virum, Marfos, pubemq; Sabæsam;
 Assuetumq; malo Ligurem, Volcosq; verutos
 Extulit: hæc Decios, Marios, magnosq; Camillos,
 Scipiadas duos bello, & te maxime Cæsar:
 Qui nunc extremis Asiæ iam victor in oris
 Imbellem auertis Romanis arcibus Indum,
 Salue magna parens frugum Saturnia tellus,
 Magna virum: tibi res antiquæ laudis, & artis
 Ingredior, sanctos ausus recludere fonteis:

¶ Ecphrasis.

An memorem lacus tantos? O maxime Lari an memorē te. & o Benace assurgens fluctib; marinis. i. in similitudinē maris. Larius et Benacus, lacus sunt in Gallia Cisalpina. An memorem portus? quo se naues recipiunt. An memorē claustra addita Lucrino, scilicet lacu Campanosque duobus lapideis brachijs a uolentia maris defenditur, atq; æquor quod in illis claustris siue brachijs frægitur indignatum magnis stridoribus. qua, id est, in eo loco ubi unda Iulia, quæ illud opus Iulij Cæsaris fuit. sonat Ponto refuso, id est, retro fuso. & æstus Thyrrhenus. i. aqua maris immittit fretis auernis. i. lacu auerno. Hæc eadē Italia ostēdit uenis riuos argenti et metalla æris, & fluxit plurima auro. i. pcreat aurū plurimū. Hæc eadē extulit. i. pcreauit gen; acre uirū p uirorū. f. marfos, populos & pubē. i. iuuentutē sabellā. Et ligurē assuetū malo. i. labori, & Volcos uerutos. i. hasta in modum uerū ferrei armatos. et hæc extulit decios. et marios, et magnos camillos. et scipiadas duos bello. et o maxime Cæsar extulit te, quæ iā victor in extremis oris. i. finib; Asiæ, auertis. i. fugas indū imbellē ab arcib; Romanis. i. Romano imperto subieclis. O tell; Saturnia. i. Italia, in qua olim Saturn; regnauit, magna parēs frugū salue. et magna parēs uirū pro uirorum salue, ego ausus recludere. i. aperire sanctos fontes ingredior res laudis & artis antiquæ. i. agriculturæ tibi, id est, in honorem tuum.

¶ 180

LIBER. II.

Fo. xlix.

Ascræumq; cano Romana per oppida carmen.
 Nunc locus aruorum ingenijs, quæ robora cuiq;
 Quis color, & quæ sit rebus natura ferendis,
 Difficiles primum terræ, collesq; maligni,
 Tenuis ubi argilla, & dumosis calculus aruis,
 Palladia gaudent sylua uiuacis oliuæ,
 Indicio est tractu surgens oleaster eodem
 Plurimus: & strati baccis syluestribus agri.
 At quæ pinguis humus, dulciq; vligine læta,
 Quicq; frequens herbis, & fertilis vbere campus,
 Qualem sæpe caua montis conualle solemus
 Despicere, huc summis liquuntur rupibus amnes,
 Felicemq; trahunt limum, quicq; æditus Austro:
 Et filicem curuis inuisam pascit aratris:
 Hic tibi præualidas olim, multoq; fluentes
 Sufficiet Baccho vites: hic fertilis vuæ:
 Hic laticis, qualem pateris libamus, & auro,

¶ Ecphrasis.

Et ego cano per oppida Romana. i. Latinis. carmen Ascræum. i. Hesiodi qui fuit ab Ascræ: & de agricultura græce scripsit in carmine Heroico. Nunc locus est ingenijs. i. naturis aruorū: & quæ robora sint cuiq; aruo: & quæ color: & quæ natura rebus ferendis. i. pcreadis. Primum terræ difficiles et colles maligni. i. steriles ubi est argilla tenuis & calculus aruis dumosis. i. frutice plenis: gaudent sylua Palladia. i. oliua Palladi sacra uiuacis oliuæ, quæ oliua multo tēpore uiuit. Oleaster surgens plurim; in eodē tractu est indicio. i. indicat illud. & agri strati. i. pleni baccis syluestribus sunt indicio. Athumus quæ pinguis, & læta dulci vligine. i. terræ humore: & campus quæ est frequens herbis et fertilis ubere. i. pinguis glē nos solem; sæpe despicere in caua mōtis cōualle: & p parē hesim interponit fertilitatis causā dicēs: amnes. i. flumina liquuntur huc ex mōtib; summis: et trahūt secū limū felicē. i. fertilem, & ille campus qui est æditus. i. expositus Austro. i. meridiei, et pascit. i. nutrit filicem inuisam aratris curuis, quia incurfant illius radicibus: hic, id est, talis campus sufficiet tibi, id est, subministrabit uites præualidas, & fluentes olim multo Baccho, & sufficiet uites uuæ fertilis: & laticis, id est, uini generosi: qualem laticem libamus, id est, sacrificamus pateris & auro, id est, pateris aureis:

De discrimi-
 nib; ter-
 rarū et sol;

Pinguis hu-
 mus uitib;
 apta.

G

Iulius ex-
 clusit ma-
 re solitum
 irrumpere
 in Lucri-
 num La-
 cum facta
 aggere de
 quo uis
 de Sucto-
 uium.

Inflauit cum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras,
Lancibus & pandis fumantia reddimus exta.

Sin armenta magis studium, vitulosque tuerit:
Aut foetus ouium, aut vrenteis culta capellas:
Saltus, & saturi petito longinqua Tarenti:

Et qualem infelix amisit Mantua campum,
Pascensem niueos herbofo flumine cygnos.

Pascua Mantuana probat.
Non liquidi gregibus fontes, non gramina desunt:
Et quantum longis carpent armenta diebus:
Exigua tantum gelidus ros nocte reponet.

Nigra & putris frumētō cōmōda.
Nigra fere, & presso pinguis sub vomere terra,
Et cui putre solum (namque hoc imitamur arando)

al. deiecit.
Optima frumentis: non vllō ex æquore cernes
Plura domum tardis decedere plaustra iuencis.

Novalia.
Aut vnde iratus sylvam deuexit arator,

Et nemora euertit multos ignaua per annos.

¶ Euphrasis.

cum Tyrrhenus tibi cē pinguis inflauit ebur, id est, eburneas tibias ad aras: & reddimus exta fumantia lancibus pandis, id est, curuis. Sin pro scāsi studium est magis tibi tueri, id est, pascere armenta, id est, maiora animalia. & vitulos: aut foetus ouium, id est, agnos: aut capellas urentes culta suo uenenato morsu: petito saltus, id est, pascua, & loca quamuis longinqua Tarenti saturi, id est, fertilis. & petito campum: qualem Mantua infelix amisit, subaudi in bello ciuili: pascentem cygnos niueos in flumine herbofo, scilicet Mincio: fontes liquidi non desunt in agro Mantuano gregibus, & gramina non desunt. & quantum armenta carpent, id est, pascentur in diebus longis, id est, in æstate, tantum ros gelidus reponit, id est, restaurat in nocte exigua. Terra nigra fere, & pinguis sub vomere presso: & terra, cui solum est putre, id est, resolubile: est optima frumentis: & per parenthesis interposuit. namque hoc imitamur, id est, experimur arando. Non ullo, id est, nullo ex æquore, id est, campo tu cernes plura plaustra frumentis onusta decedere domum iuencis tardis & natura sua, & quia onusta uehunt plaustra. Aut illa terra est optima frumentis, unde arator iratus propter arationis difficultatem, deuexit sylvam extirpando arbores: & euertit nemora ignaua, id est, inculta p multos annos: & eruit, id est, eradicauit

Antiquasque domos auium, cum stirpibus imis
Eruit. illæ altum nidis petiere relictis.

At rudis enituit impulso vomere campus.

Nam seivna quidem cliuosi glareæ ruris,

Vix humiles apibus castias, roremque ministrat,

Et tophus scaber, & nigris exesa chelydris

Creta, negant alios æque serpentibus agros

Dulcem ferre cibum, & curuas præbere latebras.

Quæ tenuem exhalat nebulam, fumosque volucres,

Et bibit humorem, & cum vult, ex seipsa remittit:

Quæque suo viridi semper se gramine vestit:

Nec scabie, & salsa lædit rubigine ferrum:

Illæ tibi lætis intexet vitibus ulmos:

Illæ ferax oleæ est, illam experiere colendo

Et facilem pecori, & patientem vomeris vinci,

Talem diues arat Capua, & vicina Vesuvio

Ora iugo, & vacuis Clanius non æquus Aceris.

Nun quo quamque modo possis cognoscere, dicam:

¶ Euphrasis.

antiquas autem domos in nidis cum stirpibus imis. id est, cum arborum radicibus. Illæ. scilicet, aues petiere altum aëre relictis nidis. At campus rudis. id est, incultus enituit vomere impulso. id est, cultura arationis. Næ glareæ. id est, terra glareosa ieiuna. id est, sterilis ruris cliuosi. id est, in cliuos surgētis vix ministrat apibus castias humiles. id est, cætuessos: & rorem submarinū. At tophus scaber, lapis est arenaceus asper in superficie, et creta. id est, terra argillosa exesa. id est, corrosa a nigris chelydris. id est, serpētibus terrestribus. negāt agricolæ alios agros æque. id est, æqualiter ferre dulcē cibū serpētibus: et æque præbere latebras curuas serpētibus. Illæ tellus quæ exhalat nebulam tenuem. id est, euaperet et fumos. id est, uapores volucres, & bibit humorem: & remittit ipsa ex se cum vult. id est, debet. & illæ tellus quæ semper vestit se suo gramine, nec lædit ferrum scabie et p. id est, salsa rubigine. Illæ inquæ tellus intexet tibi ulmos lætis vitibus. et illæ est ferax oleæ. id est, oliuæ. Experieris colendo illam tantam terram: et faciliem pecori pascendo: et patientem vomeris vinci. id est, faciliem culturæ. Talis terra diues Capua ciuitas Capaniæ: et ora vicina iugo Vesuvio monti quoque Capaniæ: et Clanius fluius ibidem non æquus. id est, infestus Aceris urbi quoque Capaniæ uacuis: quæ rara sunt in ea habitatores. Dicam nunc quomodo possis cognoscere quamque subaudi terram.

Est optima, quæ sepe ex se exhalat. alias semper viridi.

Vesuvium fat soputat Seruius motem esse Liguriae sub Alpibus positum: cuius enim Vesulius appellatur: de quo alibi Veger. Vesulus quem pinifer adfert. Vesuvius autem de quo hic Verg. Capania motus est, quæ et Vesuvius dicitur.

Rara sit, an supra morem si densa requiras:
 (Altera frumentis quoniam fauet, altera Baccho:
 Densa magis Cereri, rarissima quæq; Lyæo)
 Ante locum capies oculis, alteq; iubebis
 In solido puteum demitti, omnemq; repones
 Rursus humum, & pedibus summas æquabis arenas,
 Si deerunt, rarum, pecoriq; & vitibus almīs
 Aptius vber erit; sin in sua posse negabunt
 Ire loca, & scrobibus superabit terra repletis,
 Spissus ager; glebas cunctantes, crassaq; terga
 Expecta, & validis terram proscinde iuuenis,
 Salsa autem tellus, & quæ perhibetur amara,
 Frugibus infelix (ea nec mansuescit arando,
 Nec Baccho genus, aut pomis sua nomina seruat)
 Tale dabit specimen; tu spisso vimine quallos,
 Cola q; prælorum fumosis diripe tectis;

Salsa.

¶ Ecphrasis.

Nam si tu requiris an terra sit rara an densa capies. i. eliges locum ante, & per
 parenthesis subiungit, quoniam altera. i. densa fauet. i. apta est frumentis: altera
 .i. rara Baccho. i. uino. Et iterum exponit, densa magis Cereri: & rarissima
 quæq; Lyæo, id est, Baccho, subaudi fauet. Et ut possis deprehendere id. iube-
 bis puteū. i. fossam, demitti. i. defodi in solido alte. i. profunde. Et rursus repones
 omnem humum, id est, terram egestam prius: & æquabis pedibus conculcando
 summas arenas. & si deerit terra, uber rarum, id est, fertilitas terræ raræ erit
 aptius pecori, scilicet pascendo. Sin pro sed si, si arenæ illæ negabūt posse ire in
 sua loca, id est, recipi, & terra superabit repletis scrobibus. Ager ille est spissus:
 & spectā, id est, proba glebas cunctantes, id est, propter crassitudinem resi-
 stentes uomeri: & terga crassa expecta, & proscinde talem terram iuuenis uali-
 dis. Sed tellus salsa, & quæ perhibetur amara est infelix frugibus. i. sterilis ad fru-
 menta. Ea terra nec mansuescit deponendo feritatem arando, id est, dum ara-
 tur. nec seruat genus Baccho, quia uinum degenerat: nec seruat pomis sua no-
 mina, id est, suam generositatem. Hæc inquā terra tale specimen, id est, de se pro-
 bationem talem dabit. Deripe. i. raptim cape de tectis fumosis prælorū quallos. i.
 id est, canistra spisso uimine, id est, uiminis spissi. Et cola quibus uina colantur.

Huc ager ille malus, dulcesq; a fontibus vndæ
 Ad plenum calcentur: aqua eluctabitur omnis
 Scilicet, & grandes ibunt per vimina guttæ,
 At sapor indicium faciet manifestus: & ora
 Tristia tentantum sensu torquebit amaror.
 Pinguis item quæ sit tellus, hoc deniq; pacto
 Discimus; haud vnquam manibus iactata fatiscit,
 Sed picis in morem ad digitos lentescit habendo.
 Humida maiores herbas alit, ipsaq; iusto
 Lætior, ah nimium ne sit mihi fertilis illa,
 Neu se præualidam primis ostendat aristis.
 Quæ grauis est, ipso tacitam se pondere prodit:
 Quæq; leuis, promptum est oculis prædiscere nigram,
 Et quisquis color: at sceleratū exquirere frigus
 Difficile est, piceæ tantum, taxiq; nocentes
 Interdum, aut hederæ pandunt vestigia nigræ.

al. amaro
 Pinguis
 quomo-
 do cogno-
 scatur:

¶ Ecphrasis.

Et ille malus ager: & undæ dulces a fontibus calcetur huc ad plenum. Scilicet. i. cer-
 te omnis aqua eluctabitur per poros exire, & grandes guttæ ibunt per uimina. i.
 per rimas, & foramina qualorum & colorum. At sapor manifestus, quæ depre-
 hendes, faciet indicium. i. experientiam. & amaror. i. terræ amaritudo torquebit ora
 tristia tentatum. i. degustatum sensu gustus. Deniq; hoc pacto. i. modo discimus quæ
 tellus sit pinguis, quia iactata manibus nō fatiscit. i. in rimas finditur unquā, sed
 lentescit ad digitos. i. inter digitos habendo. i. dū tractatur. in more. i. in similitudi-
 nem picis. Terra humida alit herbas maiores: & ipsa est lætior iusto, id est, pin-
 guior quā oportet. Ah, subaudi uerendum est, ne illa talis terra sit nimium ferti-
 lis: quia tunc messes luxuriabunt præ nimia terræ pinguetudine: & uereor ne ostē-
 dat se præualidam in primis aristis: non procreando deinde grana. Quæ uero
 terra est grauis, & quæ leuis prodit. i. manifestat se ipsam tacitam, id est, tacite
 nullo alio experimento, & signo quam ipso pondere, promptum est oculis præ-
 discere nigram. & quisquis color, id est, quicumq; alius sit terræ color: at difficile
 est exquirere frigus sceleratum, id est, terram, quæ sit frigida. Tamen piceæ, id
 est, pinus nigræ, & taxi nocentes, quia arbores sunt uenenate: aut hederæ ni-
 græ: quia sunt & albæ: interdum pandunt uestigia, id est, dant signa frigiditatis.

ap. circum-
dare.
Scrobes fa-
ciendæ, &
uertendum
solum.

Translatæ
arbores.
ali. mutat.

ap. ultem.
An in colle
magis con-
ducat, an in
plano.

His animaduersis, terram multo ante memento
 Excoquere, & magnos scrobibus concidere montes:
 Ante supinatas Aquiloni ostendere glebas,
 Quam lætum infodias vitis genus, optima putri
 Arua solo, id venti curant, gelidæq; pruina,
 Et labefacta mouens robusti iugera fossor,
 At si quos haud vlla viros vigilantia fugit,
 Ante locum similem exquirunt, vbi prima paretur
 Arboribus seges: & quo mox digesta feratur:
 Mutata ignorent subito ne semina matrem.
 Quin etiam cæli regionem in cortice signant:
 Vt quo quæq; modo steterit, qua parte calores
 Austrinos tulerit, quæ terga obuenterit axi,
 Restituant: adeo in teneris consuescere multum est.
 Collibus, an plano melius sit ponere vites,
 Quære prius, si pinguis agros metabere campi,
 Densa sere: in denso non segnior vberè Bacchus,

¶ Ecphrasis.

His animaduersis, id est, consideratis: memento excoquere terram multo ante, id est, exercendo illam solibus exponere. & memento concidere magnos montes scrobibus, id est, fossis ad plantandas arbores. & memento ostendere ante Aquiloni, id est, frigori glebas resupinatas, id est, inuersas ex fundo. ante inquam, quam infodias, id est, plantes genus lætum vitis. Optima arua sunt in solo putri, uenti, & pruina gelidæ curant id, id est, efficiunt solum putre, & fossor robustus mouens iugera labefacta, id est, agros defossos. At si quos, id est, aliquos viros haud vlla, id est, nulla uigilantiâ fugit, id est, qui sunt diligentes, ante exquirunt locum similem, ubi prima seges paretur arboribus. s. trãsplãtandis: & quo .i. in quẽ locũ illa seges arborum digesta mox feratur. idq; faciunt, ne semina subito mutata ignorent matrem, immo putent esse matrem suam. Quin etiam signant regionẽ cæli in cortice arboris, & quomodo quæq; arbor steterit: & qua parte tulerit Austrinos calores: & quæ terga obuenterit axi. i. septentrioni. restituant. s. easdem partes cum plãtauerint. Adeo multum est assuescere in teneris. Quære prius, an melius sit ponere uitẽ in collibus, an in plano: si tu metaberis. i. metieris agros campi pinguis, sere dẽsa pro dense: quia Bacchus nõ est segnior in ubere. i. terra densa, & pingui.

Sin tumulis accliuè solum, collesq; supinos,
 Indulge ordinibus: nec secius omnis in unguem
 Arboribus positis secto via limite quadret.
 Vt sæpe ingenti bello cum longa cohorteis
 Explicuit legio, & campo stetit agmen aperto,
 Directæq; acies, ac late fluctuat omnis
 Aere renitenti tellus, necdum horrida miscent
 Prælia, sed dubius medijs Mars errat in armis,
 Omnia sint paribus numeris dimensa viarum:
 Non animum modo uti pascat prospectus inanem,
 Sed quia non aliter vires dabit omnibus æquas
 Terra, neq; in vacuum poterunt se extendere rami.
 Forsitan & scrobibus quæ sint fastigia quæras:
 Ausim vel tenui vitem committere sulco,
 Altius, ac penitus terræ defigitur arbor:
 Esculus in primis: quæ quantum vertice ad auras
 Aethereas, tantum radice in Tartara tendit.

Scrobes vti
 tiũ nõ ad-
 modũ pro-
 fundæ, ar-
 borum p-
 fundæ sint

¶ Ecphrasis.

Sin solũ est accliuè tumulis. i. est cliuosum, & colles supinos. i. altos, subaudi metabere: indulge ordinibus. i. relaxa illas. Nec secius. i. nõ minus positis arboribus ois uia quadret limite secto in unguẽ. i. exactissime. Vt cũ legio lõga sæpe explicuit cohortes in bello ingenti: & agmẽ stetit in campo aperto: & acies directæ steterunt, ac ois tellus fluctuat late. i. uibratur aere renitenti. i. armis fulgẽtibus: & nõdũ miscent prælia horrida. i. antea quã exercitus ordines perturbentur: sed Mars dubius utri exercitui daturus sit uictoriã, errat in medijs armis. Eodẽ ordine cinnia sint dimensa paribus numeris uiarum. i. ordinum in quadrum positorum. Et hoc faciendũ non modo uti prospectus pascat animũ inanem. i. inanes uoluptates ex ordine illo quærentem: sed quia non aliter terra dabit æquas vires omnibus: neq; rami poterunt extendere se inuacuum: forsitan tu quæras, quæ fastigia, id est, altitudines sint scrobibus. i. fossis. Ausim dicit Vergilius. i. audebo cõmittere. i. plãtare uitẽ sulco tenui. i. fossa non profundiore, quã est sulcus. Arbos cætera a uite defigitur. i. plantatur altius. i. profundius, ac penitus. i. penitissime terræ, id est, in terra. sed Esculus in primis, quæ inter glandiferas numeratur. quæ quantum uertice. i. cacumine tendit ad auras æthereas, id est, altas: tantum radice tendit in tartara. i. in profundum.

G iiij

al. nepotes Ergo non hyemes illam, non flabra, neq; imbres
 Conuellunt, immota manet, multosq; per annos
 Multa virum voluens durando sæcula vincit,
 Tum forte late ramos, & brachia tendens
 Huc, illuc, media ipsa ingentem sustinet vmbra,
nō xgāt ad Ne ve tibi ad Solem vergant vineta cadentem;
Occidētē. Ne ve inter vites corylum fere: ne ve flagella
ali. summa Sūma pete, aut summas defringe ex arbore plantas;
defringe. (Tantus amor terræ) neu ferro læde retuso
Nō ex sum Semina: ne ve oleæ syluestres insere truncos,
mis arbori Nam sæpe incautis pastoribus excidit ignis,
bus defrin Qui furtim pingui primum sub cortice tectus
gende plā Robora comprehendit, frōdesq; elapsus in altas
tæ. Ingentem cælo sonitum dedit: inde secutus
Non inse- Per ramos victor, perq; alta cacumina regnat,
rēdus olea Et totum inuoluit flammis nemus, eruit atram
ster oleæ. Ad cælum picea crassus caligine nubem;

¶ Ecphrasis.

Ergo hyemes, id est, tempestates, & flabra, id est, uenti, & imbres non conuellunt illam esculum. sed manet immota: & durando per multos annos uoluens multa sæcula uirum pro uirorum uincit ætates multas hominum. tum præterea tendens huc illuc, id est, in omnes partes ramos late, & brachia ipsa media sustinet ingentem umbram. & caue ne uineta surgant tibi ad solem cadentem, id est, ad solis occasum. & ne seras corylum inter uites: & ne pete summa flagella, id est, plantas, quas plantas plantaturus, aut insiturus es. i. non capias ex summitate arboris: ideo exponens subdit: aut ne defringe plantas ex summa arbore: tantus est amor terræ, q̄ humiles sunt fertiliores. Nec cede, id est, putes semina, id est, nouas plantas ferro retuso, id est, falce obtusa. & non inferas truncos syluestres oleæ, id est, oliuis. Nam ignis excidit, id est, elabatur sæpe pastoribus incautis: qui ignis primum tectus sub cortice pingui propter oleum comprehendit robora furtim, id est, latenter: & elapsus ignis ille in frondes altas dedit ingentem sonitū cælo, id est, in cælū. & inde secutus uictor regnat per ramos, & per alta cacumina & inuoluit flammis totum nemus. i. omnes oliuas, & ignis ille crassus caligine picea, id est, nigro fumo, eruit. i. emittit ad cælum nubem atram.

Præfertim si tempestas a vertice syluis
 Incubuit, glomeratq; ferens incendia ventus.
 Hoc ubi, non a stirpe valent, cæsæ que reuerti
 Possunt, atque ima similes reuirefcere terra:
 Infelix superat folijs oleaster amaris.
 Nec tibi tam prudens quisquam persuadeat autor
 Tellurem Borea rigidam spirante mouere.
 Rura gelu tum claudit hyems: nec semine iacto
 Concretam patitur radicem affigere terræ.
 Optima uinetis satio est, cum vere rubenti
 Candida uenit auis longis inuisa colubris:
 Prima vel Autumni sub frigora, cum rapidus Sol.
 Nondum hyemem cōtingit equis, iam præterit æstas.
 Ver adeo frondi nemorum, ver uile syluis:
 Vere tument terræ, & genitalia semina poscunt.
 Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther
 Coniugis in gremium lætæ descendit, & omneis

¶ Ecphrasis.

quod sit præfertim, si tempestas incubuit syluis. i. inuasit a uertice. i. a septentrione. & uentus ferens. i. spirans glomerat, id est, inuoluit incēdia. Hoc ubi, subaudi fit: oliuæ & cæsæ nō ualent, neq; possunt reuerti a stirpe. i. a radicibus: neq; possunt reuirefcere similes ab imaterra. i. a radicibus. hoc inquā ubi fit: oleaster infelix. i. sterilis superat. i. suboritur folijs amaris. Præterea nec quisquam autor tā prudens. i. tantæ prudentiæ & autoritatis uir nō persuadeat tibi mouere tellurem rigidam. i. congelatam Borea uento septentrionali spirante: & subdit causam, quia hyems claudit rura gelu, ne possint fodi aut arari. Et seruine iacto nō patitur affigere. i. cōmiscere terræ radicem seminis cōcretā. i. congelatā. Optima satio. i. plantatio est uinetis, cū auis cāida inuisa. i. odiosa colubris longis, & per breuitationē describit ciconiam, uenit in uere rubenti. i. purpurco propter flores: uel satio est optima sub prima frigora Autūni, cū Sol rapidus nondū contingit hyemē equis: & iam æstas præterit. i. in Autūno: qui est inter æstatē, & hyemē medius. Ver est adeo utile frondi nemorū, & est utile syluis. terræ tument uere: & poscunt semina genitalia. i. generatiua. Tunc æther. i. Iupiter pater omnipotens descendit in gremium lætæ coniugis. i. Iunonis imbribus fœcundis. i. quibus omnia germinant.

Nō fodien
 cū aut arā
 dū strāte
 Borea.
 ali. moueri
 Vere serē
 de uites,
 aut Autū
 no.

Descriptio
 ueris.

Magnus alit magno commistus corpore foetus,
 Auiatum resonant aibus virgulta canoris:
 Et Venerem certis repetunt armenta diebus.
 Parturit almus ager: Zephyricę tepentibus auris
 Laxant arua sinus;superat tener omnibus humor:
 Inq; novos soles audent se gramina tuto
 Credere;nec metuit surgentes pampinus Austros,
 Aut actum cęlo magnis Aquilonibus imbrem,
 Sed trudit gemmas,& frondes explicat omnes,
 Non alios prima crescentis origine mundi
 Illuxisse dies,alium ve habuisse tenorem
 Crediderim:ver illud erat,ver magnus agebat
 Orbis,& hybernis parcebant flatibus Euri,
 Cum primum lucem pecudes hausere,virumq;
 Ferrea progenies duris caput extulit aruis,
 Immissęq; ferę syluis,& sydera cęlo.
 Nec res hunc tenerę possent perferre laborem.

¶Ephrasis.

Et Iupiter commistus magno corpore Iunonis ipse magnus alit omnes foetus quod uel ex eo patet, quia uirgulta auiatum. i. non per uia resonant tunc aibus canoris. i. suauiter canentibus. Et armenta repetunt uenerem certis. s. diebus, id est, uere. Et almus ager parturit. s. in uere. & arua laxant. i. aperiuunt sinus auris tepentibus Zephyri uenti Occidentalis. omnibus superat tunc humor tener. Et gramina audent credere se tuto in novos soles: quia iam non timent frigora. Nec pampinus metuit Austros surgentes, a quibus decutiantur: aut metuit imbrem actum id est, impulsum magnis Aquilonibus cęlo, id est, per aerem. Sed pampinus trudit, id est, aperit gemmas, & explicat omnes frondes, id est, expandit folia. Ego non crediderim, alios, quam hos dies, illuxisse a prima origine mundi crescentis, uel mundum habuisse alium tenorem: illud tempus rerum creationis erat uer: & magnus orbis tunc agebat uer: & Euri parcebant, id est, abstinebant flatibus hybernis: cum quo tempore primę pecudes hausere lucem. & ferrea progenies uirum pro uirorum extulit caput aruis duris: cum more fungorum uascerentur. Et cum ferę fuerunt immissę syluis. & sydera sunt immissa cęlo. Nec res tenerę possent perferre hunc laborem, id est, temporis intemperium.

al. germina
 Celsus non
 gramina.
 Vergil. dicit
 scripsit
 se loquitur
 enim de ar
 boru omni
 um foetu.
 al. primę
 al. tercale
 git Lactat.
 libro .j. de
 Orig. cr.
 et.

Sinon tanta quies iret, frigusq;, caloremq;
 Inter: & exciperet cęli indulgentia terras.
 Quod superest, quęcunq; premes uirgulta per agros
 Sparge fimo pingui, & multa memor occule terra:
 Aut lapidem bibulum, aut squallenteis infode conchas,
 Inter enim labentur aquę, tenuisq; subibit
 Halitus: atq; animos tollent sata. iamq; reperti,
 Qui saxo super, atq; ingentis pondere testę
 Urgerent, hoc effusos munimen ad imbres:
 Hoc ubi hiulca siti findit Canis æstifer arua,
 Seminibus positis superest deducere terram
 Sępius ad capita, & duros iactare bidentes:
 Aut presso exercere solum sub uomere: & ipsa
 Flectere luctantes inter uineta iuencos,
 Tum leues calamos, & rasę hastilia uirgę,
 Fraxineasq; aptare sudes, furcasq; bicornes:

¶Ephrasis.

si tanta quies, quanta uicris est, non iret inter frigus, & calorem: & indulgentia, id est, clementia cęli, id est, aeris non exciperet terras. Quod superest, id est, reliquum est sparge fimo, id est, stercore pingui quęcunq; uirgulta, id est, plantas premes. i. plantabis per agros: & tu memor hulus pręcepti occule. i. tege illas plantas multa terra. aut infode ad plantę radicem lapidem bibulum, id est, spongiosum: aut conchas squallentes. i. squamosas. Enim. i. quia aquę interlabetur: & halitus tenuis, id est, straculum subibit: & sata tollent animos. Et iam reperti sunt: qui urgerent super plantarum radices saxa: & urgerent pondere testę ingentis. & putantes esse hoc munimen. i. defensionę contra siccitatem: ubi canis æstifer. i. stella uigens in æstate findit arua hiulca. i. rimosa siti, id est, siccitate. Seminibus, id est, plantis positis: superest deducere, id est, aggerare terram sępius ad capita. i. truncos. Et iactare duros bidentes. i. ferreos: quod fossores faciunt. aut exercent terram sub uomere presso arando. & superest flectere iuencos luctantes, id est, resistentes inter ipsa uineta, id est, uites. Tum superest aptare. i. uitibus applicare leues calamos. i. arüdines deglabratas: & hastilia uirgę rasę. i. excorticatę, & sudes fraxineas: & furcas bicornes. i. bifurcatas: ex quibus fiunt ridicę uitibus.

Fimū Inij= ciedum ui= tibus.

Fodiendum singulis mē sib, et her bę extirpā de.

Pedamini= bus suble= uandę te= nera uites

Viribus eniti, quarum & contemnere ventos
 Assuescant, summasq; sequi tabulata per vltimos,
 Ac dum prima nouis adolescit frondibus etas,
 Parcendum teneris; & dum se lætus ad auras
 Palmes agit laxis per purum immiffus habenis,
 Ipsa acie falcis nondum tentanda: sed vncis
 Carpendæ manibus frondes, interq; legendæ.
 Inde vbi iam validis amplexæ stirpibus vltimos
 Exierint, tunc stringe comas, tunc brachia tonde:
 (Ante reformidant ferrum) tunc deniq; dura
 Exerce imperia, & ramos compesce fluentes.
 Texendæ sepes etiam, & pecus omne tenendum est,
 Præcipue dum frons tenera, imprudensq; laborum:
 Cui super indignas hyemes, Solemque potentem,
 Syluestres vri assidue, capreeq; sequaces
 Illudunt, pascuntur oues, auideq; iuuençq;
 Frigora nec tantum cana concreta pruina:

alias agit
 al. nō lūfal
 cis.

Frons.

¶ Ecphrasis.

quarum ridtearum uiribus uites assuescant eniti: & cōtemnere uentos: & sequi tabulata per vltimos summas. At dum prima etas adolescit nouis frondibus: parcendum est teneris uitibus: & dū palmes lætus agit se ad auras. i. exit in uacuum habenis laxis immiffis. i. solutis per purum aërem: nōdū tētanda, subaudi est uitis ipsa acie falcis. i. ferro falcis putatorie: sed frōdcs carpēdæ sunt: & interlegēdæ manibus: quæ nō ita nocent, ut ferrum. Inde vbi uites amplexæ ulmos ualidis stirpibus iam exierint. i. pāpinos, & palmites explicauerint: tum stringe comas. i. frondes compesce. tum tōnde. i. puta brachia. i. palmites steriles. Ante cum uites sunt nouellæ reformidant ferrū. Tum deniq; cum. s. uites sunt duriores: exerce dura imperia. & compesce ramos fluentes. i. laxos & solutos. Etiā sepes sunt texendæ pro uitium defensione. i. plantandæ, sic ut postea texantur: & pecus omne tenendum est. i. abstinendum est à uitibus: præcipue dum frons est tenera, imprudensq; i. inexperta laborum. Cui. s. frondi uri syluestres. s. feræ in alfibus. & capree sequaces. i. persecutrices illudunt assidue super hyemes indignas & Solē potentem. i. præter frigora hyemis, & calorem æstatis. Oues præterea pascuntur, & iuuençæ auidæ pascuntur uites. Nec frigora concreta pruina cana, id est, alba

Aut grauis incumbens scopulis arētibus æstas;
 Quantum illi nocuere greges, duricq; venenum
 Dentis, & admorso signata in stirpe cicatrix.
 Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris
 Cæditur, & veteres ineunt proscenia ludit:
 Præmiacq; ingentes pagos, & compita circum
 Theseidæ posuere: atq; inter pocula læti
 Mollibus in pratis unctos saliere per utres,
 Nec non Ausonij Troia gens missa coloni
 Versibus incomptis ludunt, risuq; soluto,
 Oraq; corticibus sumunt horrenda cauatis,
 Et te Bacche uocant per carmina læta: tibiq;
 Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu,
 Hinc omnis largo pubescit uinea foetu:
 Complentur uallesq; cauæ, saltusq; profundis,
 Et quocunq; Deus circum caput egit honestum,

alias æstus

Caper Bac
 cho immo=
 latur.

Deducti
 ciues.

¶ Ecphrasis.

Aut æstas grauis incumbens scopulis arenibus nocuere tantum illi frondi: quantum greges: & pro id est uenenum duri dentis: & cicatrix signata in stipite admorso ab illis pecoribus. Et non ob aliam causam, uel culpam caper cæditur, id est, sacrificatur omnibus aris: & ludi ueteres ineunt proscenia, id est, eunt in theatra singulis annis. Nam proscenium locus est in theatro ante scenam, ubi ludi fiebant, & Theseidæ, id est, Athenienses, à Theseo dicti suæ urbis cōditore posuere in illis ludis præmia circum pagos ingentes, id est, uicos rusticanos: & circū compita, id est, triuita & quadriuita agrorum: atq; ipsi læti inter pocula saliere, id est, saltum fecere in pratis per utres unctos. Nec non, id est, præterea Ausonij. i. in tali coloni. gēs missa à Troia duce Aenea, et Antenore ludūt uersibus incōptis, id est, inornatis. & risu soluto propter turpia quæ dicuntur. & sumunt ora horrenda, id est, terribiles personas ex corticibus cauatas. & ó Bacche uocant te per carmina læta, id est, hymnos cantando: & suspendunt tibi, id est, in honorem tuum ex pinu alta oscilla, id est, imagunculas, mollia, id est, pensilia. Hinc. i. ex causa ludorum omnis uinea pubescit, id est, floret largo foetu, id est, multis uuis, & ualles concauæ, & saltus profundis complentur uuis. Et locus ille cōpletur quocunq; Deus Bacchus egit. i. mouit caput honestum, id est, pulchrum.

al. suos. Ergo rite suum Baccho dicemus honorem
al. honore Carminibus patrijs, lanceſq; & liba feremus;
 Et ductus cornu stabit facer hircus ad aram,
De fodien Pinguiacq; in verubus torrebimus extra columnis.
dis vineis. Est etiam ille labor curandis vitibus alter:
 Cui nunquam exhausti satis est, namq; omne quotannis
 Terq; quaterq; solum scindendum; glebaq; versis
 Aeternum frangenda bidentibus; omne leuandum
 Fronde nemus, redit agricolis labor actus in orbem;
al. At. Atq; in se sua per vestigia voluitur annis.
 Et iam olim seras, posuit cum vinea frondes;
 Frigidus & syluis Aquilo decussit honorem,
 Iam tum acer curas venientem extendit in annum
 Rusticus, & curuo Saturni dente relictam
Post uinde Persequitur vitem attondens fingitq; putando.
miã sequi- Primus humum fodito; primus deuecta; cremato
tur puta- Sarmenta, & vallos primus sub tecta referto:
tio. Postremus metito; bis vitibus ingruit umbra:
Bis pampi
mandum.

¶ Ecp̄hrasis.

Ergo nos dicemus suū honorē Baccho carminib⁹ patrijs. i. latinis uerbis cōpositos
 hymnos. et feremus illi lāces et liba. et hirc⁹ sacer. i. sacrificiā ductus cornu stabit
 ad aras. & torrebim⁹ extra pinguia. i. hirci intestina in uerub⁹ columnis. i. ex arbore
 corylo factis. Est etiā ille labor alter. i. sequēs uitib⁹ curadis, cui nūq̄ est satis exhau
 sti. i. q̄ nō habet finē ullū operis. Nāq; omne solū scindēdū est. i. fodiedū ter et q̄ter
 quotānis. i. singulis annis, et gleba frāgēda est bidentib⁹ aeternū. i. sine fine, et oēnē
 m⁹. i. uites leuādū est frōde pāpinādo uites. et labor act⁹ anno fterito redit i orbē
 i. in circuitū. & annus uoluitur in seipsū per sua uestigia. ac cū tā uinea deposuit
 frōdes seras. i. p̄ finē Autūni, et Aq̄lo frigid⁹ decussit honorē. i. p̄ e hritudinē syluis
 i. arboribus, rusticus acer. i. diligens tā tunc. i. ab eo tēpore extendit curas in annū
 uenientē, & persequitur uitē relictā sine uuis attondes. i. putas illam dente curuo
 Saturni. i. falee putatoria, quā Saturnus in Italia monstrauit primus. & fingit. i.
 componit & ornat uitem putando. Primus fodito humum. & primus cremato
 sarmenta deuecta, scilicet in domum. & tu primus referto uallos sub tecta. &
 postremus metito, id est, uindemiato. Umbra bis ingruit uitibus, id est, uacet,

Bis segetem densis obducunt sentibus herbae:
 Durus uterq; labor. laudato ingentia rura,
 Exiguum colito, necnon etiam aspera rusci
 Vimina per syluam, & ripis fluuiialis arundo
 Cæditur: incultiq; exercet cura salicti.
 Iam uinctæ vites, iam falcem arbuta reponunt,
 Iam canit extremos effæctus uinitor antes,
 Solicitanda tamē tellus, puluisq; mouendus:
 Et iam maturis metuendus Iuppiter uuis.
 Contra, non vlla est oleis cultura; neq; illæ
 Procuruā expectant falcem, rastrosq; tenaces,
 Cum semel hæserunt aruis, aurascq; tulerunt:
 Ipsa satis tellus, cum dente recluditur vnco,
 Sufficit humorem, & grauidas cum uomere fruges.
 Hoc pinguem, & placitam paci nutritor oliuam,
 Poma quoq; ut primum truncos sensere ualentes,

Oliue.

¶ Ecp̄hrasis.

& herbae bis obducunt. i. operiunt segetem sentibus. i. spinis densis. uterq; labor est
 durus, scilicet in uineis, & in frumentis tollere umbras. Laudato tu o agricola ru
 ra ingentia, sed colito exiguum. Necnon, id est, præterea uimina aspera rusci, qui
 ex frutex spinosus, cæduntur per syluam. & arundo fluuiialis cæditur ripis, in
 quibus nascitur. & cura salicti, id est, salicis inculti, quia non colitur salix. exer
 cet agricolos. iam uites sunt uinctæ, id est, ligatæ. & iam arbuta uitibus ma
 ritata reponunt falcem. & uinitor effæctus, id est, defessus canit iam antes ex
 tremos, id est, ultimos uitium ordines: tamen nihilominus tellus est sollici
 tanda, & puluis est mouendus. & Iuppiter est metuendus uuis iam maturis
 ne, scilicet grandine decutiantur. Contra non ulla, id est, nulla est cultura o
 leis, neque illæ expectant falcem procuruam, qualis est falx putatoria: & ras
 tros tenaces, quod uites faciunt: cum oleæ semel hæserunt aruis, id est, ege
 runt radices: & tulerunt aurascq; tulerunt, id est, resistere possunt uentis. Ipsa tellus
 satis sufficit, id est, subministrat humorem: cum recluditur, id est, aratur vn
 co dente, id est, uomere. Et etiam sufficit fruges grauidas, cum uomere tel
 lus recluditur. Hoc, scilicet uomere nutritor pro nutrito oliuam pinguem &
 placidam paci. Poma quoque, ut primum sensere truncos ualentes. i. potentes,

Et vires habuere suas, ad sydera raptim
 Vi propria nituntur, opiscq; haud indiga nostræ.
 Nec minus interea foetu nemus omne grauescit:
 Sanguineisq; inculta rubent auararia baccis.
 Tondentur cytisi: tædas sylua alta ministrat:
 Pascunturq; ignes nocturni, & lumina fundunt.
 Et dubitant homines serere, atq; impendere curam?
 Quid maiora sequar: salices, humilesq; genistæ,
 Aut illæ pecori frondem, aut pastoribus vmbra
 Sufficiunt, sepemq; satis, & pabula melli,
 Et iuuat vndantem buxo spectare Cytorum,
 Nariciæq; picis lucos: iuuat arua videre
 Non rastris hominum, non vlli obnoxia curæ,
 Ipsæ caucaseo steriles in vertice syluæ,
 Quas animosi Euri assidue franguntq; feruntq;
 Dant alios aliæ foetus: dant vtile lignum
 Nauigijs pinos, domibus cedrosq; cupressosq;

De arbu-
 stis & fru-
 ctibus.

alias ac

al. umbras.

¶ Ecphrasis.

Et habuere vires suas: nituntur sua vi. i. per se sustentantur haud indiga. i. non indigentia nostræ opis. i. auxiliij. Nec minus omne nemus grauescit foetu interea dum cultiuæ arbores exercentur. & auararia. i. syluæ in quibus aues nidificat inculta rubent baccis sanguineis. i. rubeis pomis. & cytisi tondentur ad pecoris pastum. sylua alta ministrat tædas nocturno lumini. Et ideo subditur, pascuntur ignes nocturni, ac fundunt lumina, & dubitant homines serere, atq; impendere curam: quando uides arbores incultas esse fructuosas. Quid ego sequar maiora, id est, arbores grandiores: salices & genistæ humiles: aut illæ sufficiunt, id est, subministrant frondem pecori, aut sufficiunt umbras pastoribus: & sepem satis: & pabula melli. Et iuuat spectare Cytorum montem Macedoniae, & lucos picis, id est, pinos nariciæ. i. patriæ Vlystis: & iuuat uidere arua non obnoxia, id est, obligata rastris hominum: & non obnoxia ulli curæ, scilicet hominum: quia inculta sunt. Ipsæ syluæ steriles in uertice caucaseo: quas Euri animosi, id est, uiolenter spirantes feriunt, & ferunt, id est, rapiunt assidue: aliæ dant alios foetus, id est, utilitates. Dant pinos lignum utile nauigijs, id est, nauibus fabricandis, & dant cedrum & cupressos lignum utile domibus, subaudi ædificandis.

Hinc

Hinc radios triuere rotis, hinc tympana plaustris
 Agricolæ, & pandas ratibus posuere carinas,
 Viminibus salices foecundæ, frondibus ulmi;
 At myrtus ualidis hastilibus; & bona bello
 Cornus: lthyreos taxi torquentur in arcus,
 Nec tilia leues, aut torno rasile buxum,
 Non formam accipiunt, ferroq; cauantur acuto,
 Nec non & torrentem undam leuis innatat alnus
 Missa Pado: nec non & apes, examina condunt
 Corticibusq; cauis, uitiosæq; ilicis alueo,
 Quid memorandum æque, Baccheia dona tulerunt:
 Bacchus & ad culpam causas dedit: ille furentes
 Centauros leto domuit, Rhœtumq; Pholumq;
 Et magno Hylæum Lapithis cratera minantem,
 O fortunatos nimium, sua si bona norint,
 Agricolas, quibus ipsa, procul discordibus armis,

Alias. Ity-
 reos.

Alias. cur-
 uantur, ex
 Strabone.

Rhœcūq;
 ex Calima-
 chi com-
 mentarijs.
 Propositi-
 o.

¶ Ecphrasis.

Et Agricole triuere radios rotis plaustrorum hinc, id est, a quibusdam arboribus. & hinc, id est, ab alijs triuere tympana, uulgo las maças, & imposuere carinas pandas, id est, latera curua ratibus. Salices sunt foecundæ uiminibus, & uirgis. & ulmi sunt foecundæ frondibus ad pecoris pastum. & myrtus est foecunda ualidis hastilibus. & cornus est bona bello, id est, hastis bellicis. & taxi torquentur in arcus Ityreos, id est, Parthicos, hoc est, optimos. Nec non, id est, præterea tilia leues arbores, quarum est materia leuissima. aut buxum rasile torno, id est, quod raditur in torno accipiunt formam, & cauantur ferro acuto in quamcunq; uelis formam. Nec non, id est, præterea alnus leuis innatat undam torrentem missa Pado flumini Italiae, quia est apta nauigijs faciendis. Nec non. i. præterea apes condunt examina & corticibus cauis suberum, & aluo, id est, alueo ilicis uitiosæ. i. exesæ. Dona Baccheia. i. uina Bachi, quid tulerūt æque memoradū his, quæ supra retulimus. Bacchus dedit causas ad culpam, quod exemplo probat, quia domuit leto, id est, morte furentes centauros, scilicet, Rhœtū & Pholū & Hylæū minantem Lapithis magno cratera, quod in Pirithoi nuptijs est factū. O Agricolas nimium fortunatos, id est, foelices, si norint, id est, cognouerint sua bona, quibus ipsa tellus iustissima, quia uictus ex terra iustus, fundit, id est, parit ex humo uictum facilem armis discordibus, id est, bellis procul.

H

GEORGICON

is
Collatio
bonorum.

7.
Alias. in-
clusasq;
Alias. neq;
Bona ru-
ris.

Alias. ab-
sunt illic

Iustitia.

Fundit humo facilem uictum iustissima tellus.
Si non ingentem foribus domus alta superbis
Mane salutantum totis uomit aedibus undam,
Nec uarios inhiant pulchra testudine postes,
Illusq; auro uestes, Ephyræiaq; æra,
Alba nec Assyrio fucatur lana ueneno,
Nec casia liquidi corrumpitur usus oliui:
At secura quies, & nescia fallere uita,
Diues opum uariarum, at latis otia fundis,
Speluncæ, uiuicq; lacus, at frigida Tempe,
Mugitusq; boum, mollesq; sub arbore somni,
Non absunt; illis saltus, ac lustra ferarum,
Et patiens operum paruocq; assueta iuuentus,
Sacra Deum, sanctiq; patres: extrema per illos
Iustitia excedens terris uestigia fecit.
Me uero primum dulces ante omnia Musæ,
Quarum sacra fero ingenti percussus amore,

superbia
turbidiorum
sabatata
corinthia

¶ Ecphrasis.

Si domus alta foribus superbis, id est, etiam altis non uomit ex totis aedibus, id est, emittit ingentem undam salutantum mane, nec Agricole inhiant postes uarios, id est, diuersi coloris testudine pulchra, quia ex testudinum crustis incrustabant domos, neque inhiant uestes illusas auro, id est, depictas, & æra Ephyræia, id est, statuas ex ære Corinthio, neque lana alba fucatur, id est, inficitur ueneno Assyrio, id est, purpura uel murice, neq; usus oliui liquidi corrumpitur casia mista ad unguenta conficienda, at est Agricolis secura quies, & uita nescia fallere, et diues opū uariarū, et sunt illis otia latis fundis. i. in amplis agrorū possessionibus, et sunt speluncæ, et lacus ului, & Tempe frigida, id est, loca uoluptuosa. qualia in Thessalia, & sunt mugitus boum, & somni molles, id est, suaues sub arbore. Et illic, id est, in agris non absunt saltus, & lustra ferarum. & non abest iuuentus patiens operum, & assueta paruo. & non absunt sacra Deum pro Deorum, & patres sancti. Iustitia excedens terris fecit extrema uestigia per illos, scilicet, Agricolas. Musæ dulces accipiant me primum ante omnia. & per parenthesim interposuit, quarum sacra ego percussus. i. tactus amore ingenti, fero. i. sustineo

LIBER II.

so. lviij.

Accipiant: cælicq; uias, & sydera monstrent,
Defectus Solis uarios, Lunæq; labores,
Vnde tremor terris, qua ui maria alta tumescant
Obiicibus ruptis, rursusq; in se ipsa residant,
Quid tantum Oceano properent se tingere Soles
Hyberni, uel quæ tardis mora noctibus obstet,
Sin has ne possim naturæ accedere parteis,
Frigidus obstiterit circum præcordia sanguis,
Rura mihi, & rigui placeant in uallibus amnes,
Flumina amem, syluasq; inglorius: o, ubi campi,
Sperchiusq; & uirginibus bacchata Lacænis
Taygeta: o, qui me gelidis in uallibus Aemii
Sistat, & ingenti ramorum protegat umbra,
Felix qui potuit rerum cognoscere causas,
Atq; metus omnes, & inexorabile fatum
Subiecit pedibus, strepitumq; Acherontis auari,
Fortunatus & ille, Deos qui nouit agrestes,

Alias. in-
lectabile.

¶ Ecphrasis.

& illæ Musæ monstrent mihi uias, & sydera cæli, & uarios defectus Solis, & labores Lunæ, id est, eclipses utriusq; luminaris. Et etiam monstrent mihi unde sit tremor terris, & qua ui maria tumescant ruptis obiicibus, id est, obstaculis, & residant rursus in se ipsa, id est, recipiant se intra suos limites. & quid, id est, cur soles hyberni, id est, hyemales tantum properent tingere, id est, lauare se Oceano mari, uel quæ mora obstet noctibus tardis, id est, hyemalibus. Sin, pro sedsi sanguis frigidus, id est, ignauus obstiterit circum præcordia, ne possim accedere ad has partes naturæ, tunc rura & amnes. i. fluuij rigui in uallibus placeant mihi, & ego amem flumina, & syluas inglorius, id est, sine gloria, o, ubi campi, subaudi sunt. & Sperchius flumen Thessalie, & Taygeta mons Laconia bacchata, id est, in morem bacchantium frequentata à uirginibus Lacænis, id est, Lacedæmonijs: O, qui sistat me. i. ponat in uallibus gelidis Hemi montis in Thessalia, & protegat. i. tegat me umbra ingenti ramorum. Fœlix, subaudi, est ille, qui potuit cognoscere causas rerum, & subiecit pedibus. i. contempsit omnes metus, & fatum inexorabile. i. mortem, quæ parcat nemini, & strepitum Acherontis fluminis inferni auari. i. qui nihil reddit eorum, quæ semel uorat, quæ omnia ad Philosophum pertinent. Sed & ille. s. agricola est fortunatus, qui nouit Deos agrestes,

Panaq̄, Syluanumq̄ senem, Nymphasq̄ sorores,
 Illum non populi fascēs, non purpura regum
 Flexit, & infidos agitans discordia fratres,
 Aut coniurato descendens Dacus ab Istro:
 Non res Romanæ, perituraq̄ regna; neq̄ ille
 Aut doluit miserans inopem, aut inuidit habenti.
 Quos rami fructus, quos ipsa uolentia rura
 Sponte tulere sua, carpfit: nec ferrea iura,
 Insanumq̄ forum, aut populi tabularia uidit,
 Sollicitant alij remis freta cæca, ruuntq̄
 In ferrum: penetrant aulas, & limina regum,
 Hic petit excidijs urbem, miserosq̄ penates,
 Ut gemma bibat, & Sarrano dormiat ostro.
 Condit opes alius, defossoq̄ incubat auro.
 Hic stupet attonitus rostris: hunc plausus hiantem
 Per cuneos (geminatur enim) plebisq̄ patrumq̄

Incommo-
 da urbis.

Alas. q̄.
 allas .ne

¶ Ecphrasis.

¶ Pana Deum pastorum, & Syluanum senem, & Nymphas sorores, quæ sunt Numina rustica. Fasces populi, qui sunt Consulium, atque Prætorum insignia, & purpura Regum non flexit illum. Et discordia agitans fratres non flexit illum: & Dacus populus Septentrionalis descendens ab Istro coniurato. ubi Daci coniurarunt. Et res Romanæ, & Regna peritura non flexerunt illum. Neque ille aut doluit miserans inopem, aut inuidit habenti. id est, diuiti. Sed ille Agricola carpfit fructus, quos rami tulere, id est, procrearunt sponte sua, id est, natura. & quos ipsa rura uolentia tulere. Neque ille Agricola uidit iura ferrea, id est, dura, & forum insanum, aut tabularia, id est, leges scriptas in tabulis populi. Alij sollicitant, id est, exercent remis freta cæca, in quibus occulti sunt scopuli. Alij ruunt in ferrum, scilicet, milites. Alij penetrant aulas & limina Regum. Hic, id est, alius petit urbem, & miseros penates excidijs, id est, euerisionibus patriæ. quod facit ut bibat gemma, id est, uasis gemmatis, & ut dormiat ostro sarrano, id est, purpura tyria. Alius condit opes, & incubat auro defosso. Hic, id est, alius stupet attonitus rostris, id est, admiratur ea, quæ exercentur Romæ pro rostris. Et plausus Plebis, & Patrum geminatus per cuneos, id est, gradus theatri.

Corripuit, gaudent perfusi sanguine fratrum:
 Exilioq̄ domos, & dulcē limina mutant,
 Atq̄ alio patriam quærunt sub Sole iacentem.
 Agricola incuruo terram dimouit aratro:
 Hinc anni labor, hinc patriam, paruoscq̄ nepotes
 Sustinet: hinc armenta boum, meritosq̄ iuuenos.
 Nec requies, quin aut pomis exuberet annus:
 Aut foetu pecorum, aut Cerealis mergite culmi,
 Prouentuq̄ oneret sulcos, atq̄ horrea uincat.
 Venit hyems, teritur Sicyonia bacca trapetis:
 Glande sues læti redeunt: dant arbuta syluæ:
 Et uarios ponit foetus Autumnus: & alte
 Mitis in apricis coquitur uindemia saxis.
 Interea pendent dulces circum oscula nati:
 Casta pudicitiam seruat domus: ubera uaccæ
 Lactea demittunt: pinguesq̄ in gramine læto,

Cōmoda
 ruris.

Alas. dul
 ces pendē

¶ Ecphrasis.

corripuit, id est, attonitum traxit hunc hiantem, id est, honores illos admirantem. Alij perfusi sanguine fratrum gaudent, & alij mutant exilio domos, & limina dulcia. Atq; alij quærunt patriam iacentem sub alio sole, id est, celo uel horizonte. & Agricola dimouit terram aratro curuo, anni labor est illi hinc, id est, ex ea aratione, & hinc sustinet patriam ministrando frumenta, & sustinet paruos nepotes, & armenta boum, & iuuenos, quia illius operis adiutores, ideo meritos. Nec est requies, id est, intermissio, quin aut annus exuberet, id est, abundet aut pomis, aut foetu pecorum, aut mergite, id est, manipulo culmi Cerealis, id est, frumenti, & oneret sulcos prouentu, & uincat horrea. ita quod plus frumenti habeat: quam horrea capiant. Venit deinde Hyems, & bacca Sicyonia, quæ abundat Sicyone urbe Peloponnesi, teritur trapetis, id est, molis olearijs. sues redeunt læti, id est, pingues glande, & syluæ dant arbuta, id est, poma syluestria. & Autumnus ponit uarios foetus, id est, poma, & uindemia mitis, id est, uua matura, coquitur in saxis apricis alte, ubi uua insolantur. Interea nati dulces pendent ex collo circum oscula. & domus, id est, uxor casta seruat pudicitiam. Vaccæ demittunt, id est, deorsum mittunt ubera lactea.

Otiū.

Inter se aduersis luctantur cornibus hœdi.
 Ipse dies agit at festos, fufusq; per herbam,
 Ignis ubi in medio, & focij cratera coronant,
 Te libans Lenæ uocat: pecorisq; magistris
 Velocis iaculi certamina ponit in ulmo:
 Corporaq; agresti nudant prædura palestra,
 Hanc olim ueteres uitam coluere Sabini:
 Hanc Remus, & frater: sic fortis Hetruria creuit:
 Scilicet & rerum facta est pulcherrima Roma,
 Septem quæ una sibi muro circumdedit arces,
 Ante etiam sceptrum Dictæi regis, & ante,
 Impia quam cælis gens est epulata iuencis,
 Aureus hanc uitam in terris Saturnus agebat,
 Necdum etiam audierant inflari classica: necdum
 Impositos duris crepitare incudibus enses,
 Sed nos immensum spatij confecimus æquor,
 Et iam tempus equum fumantia soluere colla,

Præcisio.

Alias. spu=
 mantia.

¶ Ecphrasis.

Et hœdi pingues luctantur inter se cornibus aduersis in gramine lato. i. prato her-
 bofo. Ipse Agricola paterfamilias agit at. i. exercet dies festos, fufus per her-
 bam, ubi ignis est in medio, & focij coronant cratera. i. poculum. O Lenæ. i. o
 Bacche libans uocat te. & ponit. i. proponit in ulmo certamina i. præmia iacu-
 li uelocis magistris pecoris, ut qui in eo certamine ulcerit, præmium tollat. & nū-
 dant corpora prædura. i. robusta palestra agresti. Sabini Italiæ populi ueteres
 hanc uitam. s. rusticam coluere. i. exercuerunt. & Remus. & frater Rômulus hanc
 uitam coluere. Hetruria Regio sic creuit. s. per uitam illam rusticam. & Roma scilicet. i. certe sic est facta pulcherrima rerum. quæ Roma circumdedit. sibi muro
 septem montes, cum tamen una sit. etiam ante sceptrum Regis Dictæi. i. ante Res-
 gnium Iouis Creteusis. & antequam gens impia epulata est iuencis. i. iuencorū
 carnib⁹, quod sub Ioue primum est factum. Saturnus aureus. i. sub quo fuit ætas au-
 rea, agebat hanc uitam in terris. i. rusticam. etiam illius ætatis homines necdū au-
 dierant classica. i. tubas inflari. sicut nunc in bello fit, & necdum audierant enses im-
 positos duris incudibus crepitare, cum formarentur. Sed nos confecimus immen-
 sum æquor spatij. i. multum sumus uecti scribendo. & iam tēpus. scilicet, est solue-
 re colla fumantia equū. i. equorū. i. cessare, atq; imponere finem libro.


TETRASTICHON OUIDII IN
 Librum tertium Georgicon.

TEq; Pales, & pastorum memorande per orbem:
 Et pecorum cultus, & gramine pascua lata:
 Quis habitent armenta locis, stabulentur & agni:
 Omnia diuino monstrauit carmine Vates.

¶ Ecphrasis.

TEq; Pales. Vates. i. Vergilius monstrauit omnia diuino carmine, scilicet, o Pa-
 les Dea pascuorum monstrauit te. & te o Apollo pastorū memorāde per or-
 bem. & monstrauit cultus pecorum, & pascua lata gramine. & monstrauit quis,
 id est, quibus locis armenta habitent. & quibus locis agni stabulentur.

PVB. VERGI
 LII MARONIS GEORGICON
 Liber Tertius.



TEq; magna Pales, & te memorāde canem⁹
 Pastor ab Amphryso: uos syluæ, anesq; lycei.
 Cetera, quæ uacuas tenuissēt carmina mētes,
 Omnia iā uulgata, quis aut Euristhea durū,
 Aut illaudati nescit Busiridis aras?
 Quinō dict⁹ Hylas puer, & Latonia Delos?

¶ Ecphrasis.

O Magna Pales pastorum, & pascuorum Dea nos canemus te. & te quoque
 uos præterea o syluæ, & anes Licæi montis Arcadiæ canemus. Cetera omnia
 carmina, quæ tenuissent. i. tenere potuissent mentes uacuas. i. ociosas. iam sunt uul-
 gata a Pœtis. Nam quis nesciat aut Euristhea durum, cui Hercules obsequabatur in
 domandis monstris. aut quis nescit aras Busiridis tyranni Aegypti hospites im-
 molantis, quem Hercules interfecit, illaudati, id est, qui non meretur lau-
 dem. & Hylas puer comes Herculis cui, id est, a quo non est dictus? &
 Delos Latonia: id est, in qua Deo scilicet, Latona peperit Apollinē, & Dianā.

Tertius li-
 ber conti-
 net descri-
 ptionē ani-
 mantium,
 & quartē
 bestiarum
 est maxi-
 mus usus.
 Carmina.
 Ali. carmī-
 ne.

Hippodameq; humeroq; Pelops insignis eburno,
 Acer equis: tentanda uia est, qua me quoq; possim
 Tollere humo, uictorq; uirum uolitare per ora.
 Primus ego in patriam mecum (modo uita superstit)
 Aonio rediens deducam uertice Musas:
 Primus Idumæas referam tibi Mantua palmas,
 Et uiridi in campo templum de marmore ponam
 Propter aquam, tardis ingens ubi flexibus errat
 Mincius, & tenera prætexit arundine ripas.
 In medio mihi Cæsar erit, templumq; tenebit.
 Illi uictor ego, & Tyrio conspectus in ostro,
 Centum quadrijugos agitabo ad flumina currus:
 Cuncta mihi Alpheum linquens, luco q; Molorchi
 Cursibus, & crudo decernet Græcia cæstu,
 Ipse caput tonsæ folijs ornatus oliuæ
 Dona feram, iam nunc solennes ducere pompas
 Ad delubra iuuat, cælosq; uidere iuuenicos;

Illic, nisi il
 li pro illic
 dictum ue
 lis, ut Ae=
 neidos. ij.
 Ille mea
 tristia fa=
 eta.

Degene=
 remq; Ne
 optolemū
 narrare
 memento,
 quo usus
 est etiā Te
 ventius.

¶ Ecphrasis.

Et cui non est dicta Hippod. me O. nomai filia: & Pelops Insignis humero eburno acer equis: quibus Hippodamē superauit. sed tentanda est mihi uia, qua possim tollere me humo, & uictor uolitare per ora uirum, pro uirorum. ego primus rediens in patriam, deducam Musas ex uertice Aonlo, id est, Thebano Musis sacro, idq; faciam si modo uita superstit. & o Mantua ego primus referā tibi palmas Idumæas. i. Iudæas. i. redibo uictor, & ponam. i. fundabo tēplum de marmore in campo uiridi propter, id est, prope aquam, ubi Mincius ingens fluuius Mantuanus errat flexibus tardis, id est, labitur. & ubi prætexit ripas arundine tenera. in medio templi erit mihi Cæsar Augustus, & tenebit templum. ego ero illic uictor. & ego conspectus in ostro, id est, purpura tyria ab urbe Phœnicæ, ubi primus & præcipuus usus fuit purpuræ, agitabo centum currus quadrijugos ad flumina, id est, apud Myncium fluuium. Cuncta Græcia linquens Alpheum, & lucos Molorchi, ubi ludi Olympici, & Nemæi celebrentur à Græcis, decertet mihi cursibus, & cæstu crudo. quia de bouis corio erant cæstus pugillum. Ego ipse ornatus caput folijs oliuæ tonsæ, id est, minutæ feram dona, & iam iuuat me nunc ducere pompas solennes ad delubra. i. ad templa. & uidere iuuenicos cæsos in sacrificijs, uel uidere

Vel scena ut uersis discedat frontibus: utq;
 Purpurea intexti tollant aulæa Britanni.
 In foribus pugnam ex auro, solidoq; elephanto
 Gangaridum faciam, uictorisq; arma Quirini:
 At hic undantem bello, magnumq; fluentem
 Nilum, ac nauali surgentes ære columnas,
 Addam urbes Asiæ domitas: pulsumq; Niphatem:
 Fidentemq; fuga Parthum: uersisq; sagittis:
 Et duo rapta manu diuerso ex hoste trophæa,
 Bisq; triumphatas utroq; ab littore gentes,
 Stabunt & parij lapidis spirantia signa,
 Assaraci proles, demissæq; ab Ioue gentis
 Nomina, Troscq; parens, & Troiæ Cynthius autor,
 Inuidia infelix furias, amnemq; seuerum
 Cocyti metuet, tortosq; Ixionis angues,

All. orbes.

¶ Ecphrasis.

ut, id est, quemadmodum scena discedat frontibus uersis. quia scena uersatilis erat. & uidere ut Britanni intexti, id est, in aulæorum textura depicti tollant aulæa, quibus ornabatur scena. Ego faciam in foribus templi pugnam Gangaridum, pro Gangaridarum, quos Augustus debellauit, ex auro & Elephanto, id est, ex ebore solido. & faciam hic in foribus arma, id est, bella Quirini, id est, Augusti uictoris. & Nilum undantem, & fluentem magno bello. & columnas surgentes ex ære nauali, id est, ex rostris nauium Antonij, & Cleopatæ factas columnas. & addam in foribus urbes Asiæ domitas. & Niphatem fluuium Armenia pulsum, id est, superatum. & addam Parthum fidentem fuga, & sagittis uersis, quia sic pugnant. & duo trophæa, id est, triumphos rapta manu ex hoste diuerso, quod exponit statum, & gentes triumphatas bis ab utroque littore, id est, Oriente, & Occidente. & signa, id est, statuæ spirantia, id est, quæ uere putabuntur, parij lapidis, qui est candidissimus, stabunt in templo, scilicet. Et proles Assarici, à quo per Aencam ortus est Cæsar, & nomina gentis demissæ, id est, descendentes à Ioue stabunt. & stabit Tros parens, qui fuit Rex Troiæ, & Cynthius, id est, Apollo autor Troiæ, qui cum Neptuno illam muro cinxit. Inuidia infœlix metuet furias, et amnem seuerum Cocyti fluuij inferni, & metuet angues tortos Ixionis, id est, quibus Ixion torquetur

Immanemq; rotam, & non exuperabile saxum,
 Interea Dryadum sylvas, saltusq; sequamur
 Intactos, tua Meccenas haud mollia iussa:
 Te sine nil altum mens inchoat: en age segneis
 Rumpe moras, uocat ingenti clamore Cithæron,
 Taygetiq; canes, domitrixq; Epidaurus equorum:
 Et uox assensu nemorum ingeminata remugit,
 Mox tamen ardenteis accingar dicere pugnas
 Cælaris: & nomen fama tot ferre per annos,
 Tithoni prima quot abest ab origine Cæsar.

Seu quis Olympiacæ miratus præmia palmæ
 Pascit equos: seu quis fortes ad aratra iuuenkos:
 Corpora præcipue matrum legat, optima toruæ
 Forma bouis, cui turpe caput, cui plurima ceruix,
 Et crurum tenuis a mento palcaria pendent,
 Tum longo nullus lateri modus: omnia magna:

¶ Ecphrasis.

à furijs, & rotam immanem, in qua uoluitur Ixion. & saxum Sisyphi non exuperabile à Sisypho, quia semper uincitur. Interea ò Meccenas sequamur sylvas Dryadum, quæ sunt Deæ arborum, & saltus intactos, quia latinorum ante Vergilium nemo tetigit hanc materiam, tua iussa haud mollia, id est, difficilia. Mens mea nil altum inchoat sine te. en age, id est, eia rumpe moras segnes. Cytheron. s. mons Bœotie uocat nos ingenti clamore, & canes Taygeti uocant nos, qui mons est Lacedæmonie. & Epidaurus domitrix equorum uocat nos, quia Epirus equis abundat. & uox ingeminata. i. repetita remugit assensu nemorum, id est, resonat per Echo. Tamen mox. i. cum hoc opus absoluero, accingar. i. expediam me dicere pugnas ardentes Cælaris, & ferre, id est, diuulgare nomen illius fama per tot annos, quot Cæsar distat à prima origine Tithoni, qui fuit Laomedontis frater à Dardano trahens originem. Seu quis pascit equos miratus, id est, magnificans præmia palmæ Olympiacæ, aut si quis pascit iuuenkos fortes ad aratra, ille legat, id est, eligat præcipue corpora matrum. optima forma est bouis toruæ, id est, toruaticæ oculos habentis. & cui caput est turpe, id est, magnum. & cui ceruix est plurima, id est, longa, et cui palcaria, id est, pelles illæ dependentes, pendent à collo tenuis crurum, id est, usq; ad crura. Tum, id est, præterea, nullus est illi modus, id est, mediocritas lateris. Omnia itaque sint magna.

Pes etiam: & camuris hirtæ sub cornibus aures,
 Nec mihi displiceat maculis insignis, & albo:
 Aut iuga detrectans, interdumq; aspera cornu:
 Et faciem tauro propior, quæq; ardua tota,
 Et gradiens ima uerrit uestigia cauda,
 Aetas Lucinam, iustosq; pati Hymenæos
 Desinit ante decem, post quatuor incipit annos,
 Cætera nec foeturæ habilis, nec fortis aratris,
 Interea, superat gregibus dum læta iuuentus,
 Solue mares: mitte in Venerem pecuaria primus:
 Atq; aliam ex alia generando suffice prolem,
 Optima quæq; dies miseris mortalibus æui
 Prima fugit: subeunt morbi, tristisq; senectus,
 Et labor, & duræ rapit inclementia mortis,
 Semper erunt, quarum mutari corpora malis,
 Semper enim refice: ac, ne post amissa requiras,
 Ante ueni, & sobolem armento sortire quotannis.

Tēp^o ido
 neum par
 tu.

¶ Ecphrasis.

& pes etiam sit magnus, & aures sint hirtæ, id est, hirsutæ sub cornibus camuris, id est, curuis. Nec eos insignis, & maculis, & albo, id est, maculis albis displiceat, immò placebit, aut bos detrectans, id est, excutens iuga, & aspera cornu, id est, cornu petens interdum, & propior faciem tauro, id est, habens faciem propinquiore tauro. & quæ est tota ardua. & gradiens uerrit uestigia ima cauda, id est, proluxa usque ad pedes. Aetas uaccarum desinit ante decem annos. & incipit post quatuor annos, pati Lucinam, & Hymenæos iustos, quæ Lucina Dea est partus, & Hymenæus Deus nuptiarum. Cætera, scilicet, ætas nec est habilis foeturæ, id est, foetui, nec est fortis aratris. Interea solue mares, id est, fac ad missuram, dum iuuentus læta superat gregibus. & tu primus mitte pecuaria in Venerem, atque suffice, id est, refice aliam prolem ex alia generando, id est, admittendo tauros ad generationem. Quæque dies æui optima prima miseris mortalibus fugit, & subeunt, id est, succedunt morbi, & senectus tristis, & labor. & tandem inclementia mortis dure rapit mortalia. Semper erunt, subaudi uaccæ, quarum corpora malis mutari. uelis renouari. Semper igitur refice. i. restaura, nec requiras post amissa, aut ueni. anticipa, & sortire sobolem. i. foeturam armento quot annis. i. singulis annis.

Nec non & pecori est idem delectus equino.

Tu modo, quos in spem statuis submittere gentis,

Præcipuum iam inde a teneris impende laborem.

Continuo pecoris generosi pullus in aruis

Altius ingreditur, & mollia crura reponit.

Primus & ire uiam, & fluuios tentare minaces

Audet, & ignoto sese committere ponti:

Nec uanos horret strepitus: illi ardua ceruix,

Argutumq; caput, breuis aluus, obesaq; terga,

Luxuriatq; toris animosum pectus, honesti

Spadices, glauciq; color deterrimus albis,

Et giluo tum, si qua sonum procul arma dedere,

Stare loco nescit: micat auribus, & tremat artus:

Collectumq; premens uoluit sub naribus ignem.

Densa iuba, & dextro iactata recumbit in armo,

At duplex agitur per lumbos spina: cauatq;

¶ Ecphrasis.

Nec non, id est, præterea idem. i. similis est, delectus, id est, electio pecori equino, id est, equis pascendis. Tu modo impende laborem præcipuum illis equis, iam inde a teneris, quos statuis submittere, id est, admissarios facere, in spem gentis, id est, ad sobolem procreandam. & ponit signa pulli, qui futurus est admissarius, dicens. Pullus pecoris generosi continuo ingreditur altius in aruis. & reponit crura mollia, id est, ad numerum mouet crura. & ille nihil reformidans audet primus ire uiam incognitam. & audet tentare fluuios minaces, id est, rapidos. & audet credere se, & committere ponti ignoto, nihil inde pauesfactus. nec horret, id est, timet strepitus uanos, id est, sine causa, quæ sunt signa magni, & generosi animi. Ceruix est illi ardua. & caput est illi argutum, id est, breue. & aluus est illi breuis. & terga sunt illi obesa. Pectus quoq; animosum luxuriat, id est, tumescit toris, id est, musculosis neruis. & spadices sunt honesti, id est, pulchri. est autem spadix color palmularum. glauci quoq; sunt honesti, color deterrimus est albis, & giluo, uulgo est raso. Tum si qua arma dedere sonum procul, nescit stare loco, scilicet, pullus bonæ indolis, micat auribus, id est, crispat aures. & artus tremat, et uoluit sub naribus præmere ignem. i. spiritum igneum. collectum. i. retentum. & cui iuba est densa, & iactata recumbit in armo dextro. & cui spina duplex. i. robusta agit. i. parit per lumbos. & qui cauat

Tellurem, & solido grauius sonat ungula cornu,

Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis

Cyllarus: & quorum Graij meminere poëtæ

Martis equi bijuges, & magni currus Achillis,

Talis & ipse iubam ceruice effudit equina,

Coniugis aduentu pernix Saturnus: & altum

Pelion hinnitu fugiens impleuit acuto,

Hunc quoq; ubi aut morbo grauis, aut iam segnior annis

Deficit, abde domo: nec turpi ignosce senectæ,

Frigidus in Venerem senior, frustra q; laborem

Ingratum trahit: & si quando ad prælia uentum est,

Vt quondam in stipulis magnus sine uiribus ignis,

In cassum furit, ergo animos, æuumq; notabis

Præcipue: hinc alias artes, prolemq; parentum,

Et quis cuiq; dolor uicto, quæ gloria palmæ,

Non ne uides cum præcipiti certamine campum

¶ Ecphrasis.

Tellurem. & cui ungula sonat grauius cornu, id est, materia illa cornea, solido, id est, non inani. Talis fuit Cyllarus. n. p. equi Castoris, domitus habenis Pollucis Amyclæi pro castoris. & tales fuerunt equi bijuges, id est, duo Martis, quorum poëta Graij, id est, græci meminere, & talis fuit currus magni Achillis, id est, equi. Et Saturnus cum compressit Phylliram Nympham superueniente Ope uxore in equum uersus est. Ergo Saturnus ipse pernix. i. uelox talis effudit iubam equina ceruice aduentu coniugis. scilicet, Opis, & fugiens impleuit hinnitu acuto. i. sonoro Pelion montem Thessaliæ altum. Vbi hic talis equus grauis morbo, aut segnior annis deficit, abde. i. absconde hunc domo. nec ignosce ipsi senectæ turpi. ordo est. ignosce senectæ non turpi. quia nulli est turpitudini senectus, quia equus segnior est frigidus in Venerem, & trahit frustra laborem ingratum non effundendo semen cuius causa laborabat. Et si quando uentum est ad prælia, id est, concubitum furit in cassum, id est, frustra, ut ignis furit quondam in stipulis sine magnis uiribus, quia statim euanescit. ergo notabis præcipue in admissario animos & æuum, id est, ætatem. Hinc notabis alias artes, id est, dotes. & prolem parentum, id est, ex quo genere est. & cuiq; equo quis dolor est uicto, id est, si dolet uinct, & quæ gloria est palmæ, id est, si gaudet uincere. Nonne uides cum currus effusi carcere, id est, equi emissi carceribus corripere campum præcipitem certamine,

Alt. status es.

De equis

Ali. ponto

Equi forma.

Alias. freuens.

Al. quatit.

Al. Grati.

Admissari us.

Al. stipula

Quomo do depræ

hēdatur a
nimofitas.
Alias. com
amine.

Corripuere, ruuntq; effusi carcere currus,
Cum spes arrectæ iuuenum; exultantiâq; haurit
Corda pauor pulsans, illi instant uerberere torto,
Et proni dant lora, uolat ui feruidus axis,
Iamq; humiles, iamq; elati sublimē videntur
Aëra per uacuum ferri, atq; assurgere in auras,
Nec mora, nec requies, aut fuluæ nimbus arenæ
Tollitur, humescunt spumis, statuq; sequentum,
Tantus amor laudum, tantæ est uictoria curæ:
Primus Erichthonius currus, & quatuor ausus
Iungere equos, rapidisq; rotis insistere uictor.
Fræna Pelethronij Lapithæ, gyrosq; dedere,
Impositi dorso: atq; equitem docuere sub armis
Insultare solo, & gressus glomerare superbos,
Aequus uterq; labor: æque iuuenemq; magistri
Exquirunt, calidumq; animis. & cursibus acrem:
Quamuis sæpe fuga uersos ille egerit hosteis,

Alias. rabi
dusq;.

¶ Ecphrasis.

Et ruunt, id est, impetum faciunt, cum spes iuuenum est arrecta propter uictoriae spem, et pauor pulsans corda iuuenum haurit, id est, percutit corda. Illi iuuenes instant uerberere torto stimulando equos ad cursum, et proni, id est, incumbentes dant lora. et axis feruidus uolat ui, id est, uelocitate equorum. et iam humiles, iam elati, id est, alti uidentur ferri sublimē, id est, sublimiter per aëra uacuum opinione uulgi, qui aërem non putat esse corpus, atq; uidentur exurgere in auras. nec est mora, nec est requies. At ex eo cursu nimbus, id est, nubes arenæ fuluæ tollitur. et equi humescunt spumis, et statu sequentum, tantus est illis amor laudum, et uictoria est illis tantæ curæ. Erichthonius Rex Atheniensium primus ausus est iungere currus, et quatuor equos, et uictor ausus est insistere rotis, Lapithæ Pelethronij, id est, Thessaliæ populi impositi dorso equorum dedere fræna, et gyros. et docuere equitem, id est, equum insultare solo sub armis, id est, sub homine armato. et docuerunt glomerare gressus superbos. uterque labor est æquus, id est, æqualis. et magistri equorum æque, id est, æqualiter exquirunt iuuenem equum etate, et calidum animis, et acrem cursibus, et nihil æstimant equum, quamuis sæpe egerit. i. impulerit fuga hostes uersos. i. fugiētes,

Et patriam Epeirum referat, fortesq; Mycenæ,
Neptuniq; ipsa deducat origine gentem.
His animaduersis instant sub tempus, & omneis
Impendunt curas denso distendere pingui,
Quem legere ducem, & pecori dixere maritum:
Florentesq; secant herbas, fluuiosq; ministrant,
Farrasq; ne blando nequeant superesse labori,
Inualidicq; patrum referant ieiunia nati.
Ipsa autem macie tenuant armenta uolentes.
Atq; ubi concubitus primos iam nota uoluptas
Sollicitat, frondesq; negant, & fontibus arcent:
Sæpe etiam cursu quatiunt, & Sole fatigant,
Cum grauius tonsis gemit area frugibus, & cum
Surgentem ad Zephyrum paleæ iactantur inanes.
Hoc faciunt, nimio ne luxu obtusior usus
Sit genitili aruo, & sulcos oblimet inertes,
Sed rapiat sitiens Venerem, interiusq; recondat.

Ali. nomē.
De sagis
nandis ad=
missarijs.
Ali. puben
tes.
Ali. neque
at.
De equa=
bus.

Descri=
ptio meri=
dici rusti=
ca.

¶ Ecphrasis.

Et quamuis referat patriam Epirum, unde sunt generosi equi, et quamuis referat fortes Mycenæ, et quamuis ducat gentem ab ipsa origine Neptuni, id est, ab equo, quem ex terra produxit. his animaduersis sub tempus admittitur instant magistri equorum, et impendunt omnes curas distendere pingui denso, id est, pinguefacere illum equum, quem legere ducem, et dixere maritum pecori equino, et secant herbas florentes, et ministrant illis fluuios, et farras, ne nequeant superesse, id est, ut possint sufficere labori blando, id est, uoluptati Veneræ, et ne nati inualidi referant, id est, representent ieiunia, id est, maciem patrum. et magistri equorum uolentes, id est, de industria tenuant macie armenta, id est, equas, atq; ubi uoluptas nota sollicitat iam primos concubitus, negant frondes, et arcent equas a fontibus, et etiam quatiunt illas cursu, et fatigant Sole, cum area gemit, id est, sonat grauius frugibus tonsis. i. tritis, et cū paleæ inanes. i. sine granis iactantur. i. uentilantur ad Zephyrū surgentē. Magistri equarum faciunt hoc, ne usus sit aruo genitili. i. uulua obtusior. i. cæcior nimio luxu. i. ciborum et potus superfluitate, et oblimet. i. quasi cœno confundat sulcos inertes, id est, uias genitales steriles factas ex illo luxu. sed uulua sitiens rapiat Venerem, id est, semen, et recondat illud interius per meatus illos genitales.

Quomo =
sint graui
da curan=
da.

Rurfus cura patrum cadere, & succedere matrum
Incipit, exactis grauidæ cum mensibus errant,
Non illas grauibus quisquam iuga ducere plaustris,
Non saltu superare uiam sit passus, & acri
Carpere prata fuga, fluuiosq; innare rapaces,
Saltibus in uacuis pascant, & plena secundum
Flumina, muscus ubi, & uiridissima gramine ripa,
Speluncæq; tegant, & faxea procubet umbra,
Est lucos Silari circa, ilicibusq; uirentem
Plurimus Alburnum uolitans (cui nomen Asilo
Romanum est, œstron Graij uertere uocantes)
Asper, acerba sonans; quo tota exterrita syluis
Diffugiunt armenta; furit mugitibus æther
Concussus, syluæq; & sicci ripa Tanagri.
Hoc quondam monstro horribiles exercuit iras
Inachiaë Iuno pestem meditata iuence,
Hunc quoq; (nam medijs feruoribus acrior instat)

All. uocan=
do.

¶ Ecphrasis.

Rurfus post conceptionem, cura patrū incipit cadere, et cura matrū incipit succedere. Cum ipsæ grauidæ mensibus exactis errant. i. sunt prope pariendi tēpus, quisquam non sit passus illas ducere iuga plaustris grauibus, & non sit quisquam passus superare uiam saltu, id est, saltando ingredi. et quisquam non sit passus carpere prata fuga acri, id est, ueloci. & innare fluuios rapaces, sed pascant illas in saltibus uacuis, id est, amplis, & secundum flumina plena, id est, prope flumina, ne inclinentur ad potum, ubi est muscus, & ripa uiridissima gramine, & spelunca tegant equas, & umbra saxea. i. saxi pendentis in antrum. Plurimus uolitans, id est, animal uolucris est circa lucos Silari fluminis Lucaniae, & Alburnum montem ibidem uirentem. cui uolucris nomen Romanum est Asilo, id est, dicitur latine asilus, sed graij, i. graeci uertere. i. interpretati sunt œstrū, uolitas dico asper, sonas acerba. i. acerbe, quo tota armēta exterrita syluis diffugiunt. et æther furit mugitibus boū fugiētū concussus. i. impulsus, & syluæ furiunt, & ripa Tanagri fluminis furit. Iuno meditata pestem, id est, perditionem iuence Inachiaë, id est, Ius Inachi filia in iuencam mutata. Hunc quoque Asilum arcebis pecori grauido, id est, prægnanti. nam in medijs feruoribus, id est, per meridiē ille instat acrior.

Arcebis

Arcebis grauido pecori: armenta q; pascas
Sole recens orto, aut noctem ducentibus astris.
Post partum cura in uitulos traducitur omnis;
Continuoq; notas, & nomina gentis inurunt,
Et quos aut pecori malint submittere habendo;
Aut aris seruare sacris; aut scindere terram,
Et campum horrentem fractis inuertere glebis;
Cætera pascuntur uirides armenta per herbas.
Tu quos ad studium, atq; usum formabis agrestem;
Iam uitulos hortare, uiamq; insiste domandi,
Dum faciles animi iuuenum, dum mobilis ætas,
Ac primum laxos tenui de uimine circlos
Ceruici subnecte: dehinc, ubi libera colla
Seruitio assuerint, ipsis e torquibus aptos
Iunge pares, & coge gradum conferre iuencos;
Atq; illis iam sæpe rotæ ducantur inanes

All. sacros

¶ Ecphrasis.

Arcebis grauido pecori: armenta Sole orto recens, pro recenter, aut astris ducentibus noctem. Post partum cura omnis traducitur in uitulos parentibus neglectis. & pastores inurunt, id est, cauterio signant continuo notas, id est, signa, & nomina gentis, id est, quæ sunt loco nominis proprii inurenda. & signant uitulos, quos malint submittere, id est, admissarios facere habendo pecori, id est, procreando, aut quos malint seruare aris sacris, ubi sacrificentur, aut quos malint scindere terram, id est, arare, & inuertere campum horrentem, id est, incultum glebis fractis. Cætera armenta pascuntur per herbas uirides, quasi diceret, non tanta opus est diligentia, & cura, quanta in pregnantibus est uitulis. Tu hortare, atque insiste uiam domandi uitulos, quos formabis, id est, destinabis ad studium, & ad usum agrestem, id est, ad agriculturam, dum animi iuuenum, id est, iuuenorum sunt faciles domari, & dum ætas est mobilis, id est, tenera. At primum subnecte illorum ceruici circlos, id est, circulos laxos. i. non arctos de uimine tenui, subaudi factos. Dehinc ubi assuerint, id est, consuesecerint seruitio colla libera, priusquam essent domiti, iunge pares aptos, id est, duos quosque maxime sibi conuenientes ex ipsis torquibus. i. ex circulis illis uimineis, & coge iuencos conferre gradū. i. simul incedere. Atq; rotæ inanes. i. plaustra exonerata ducantur sepe illis, id est, ab illis

Per terram, & summo uestigia puluere signent:
 Post ualido nitens sub pondere faginus axis
 Instrepat, & iunctos temo trahat æreus orbes,
 Interea pubi indomitæ non gramina tantum,
 Nec uescas salicum frondes, uluamq; palustrem;
 Sed frumenta manu carpes sata: nec tibi foetæ
 More patrum nūea implebunt mulctralia uaccæ,
 Sed tota in dulces consument ubera natos,
 Sin ad bella magis studium, turmasq; feroces,
 Aut Alpheæ rotis prælabi flumina Pisæ,
 Et Iouis in luco currus agitare uolantes,
 Primus equi labor est animos, atq; arma uidere
 Bellantum, lituosq; pati, tractuq; gementem
 Ferre rotam, & stabulo frænos audire sonanteis:
 Tum magis, atq; magis blandis gaudere magistri
 Laudibus, & plausæ sonitum ceruicis amare.

Mulctra=
 lia. alij co.
 mulgaria.
 De equis.

Ali. stabu=
 lis.

¶ Ecphrasis.

per terram, & signent uestigia in summo puluere, quia propter plaustrum leuitatem non premunt uestigia. Post, cum facti sunt duriores axis, faginus. i. ex fagi materia nitens sub pondere instrepat. i. strepitum faciat. & temo æreus. i. robustus trahat orbes iunctos. i. rotas per axem ligatas. Interea tu carpes pubi indomite. i. iuuenis, non tantum gramina, quibus pascantur, nec tantum carpes frondes salicum uescas, id est, quibus uesci consueuerunt boues, nec tantum carpes uluam palustrem, sed carpes manu frumenta sata. i. farraginem. Nec uaccæ foetæ. i. grauidæ implebunt tibi mulctralia. i. uasa quibus lac excipitur, more parentum. i. quod maiores facere consueuerunt, sed uaccæ consument tota ubera in natos dulces. Sin. pro seasi studium est tibi magis ad bella, & ad turmas feroces. i. si uis equos alere potius, qui sunt ad militarem usum, aut studium est tibi prælabi rotis flumina Alpheæ. i. Alpheum Pisæ flumen, ubi ludi Olympici fiebant, & agitare currus uolantes in luco Iouis. i. in Olympia prope Pisam. Primus labor. i. cura equi est uidere animos, & arma bellantium, ut adsuescat nihil inde timere, & adsuescat pati lituos, id est, tubas, & ferre rotam gementem tractu, id est, dum trahitur, et adsuescat in stabulo audire frænos sonantes, & adsuescat gaudere magis, atque magis laudibus blandis magistri, qui illum alit, & amare sonitum ceruicis plausæ. i. in signum fauoris attrectatæ.

Atq; hæc iam primo depulsus ab ubere matris
 Audiat, inq; uicem det mollibus ora capistris
 Inualidus, etiamq; tremens, etiam inscius æui.
 At tribus exactis ubi quarta accesserit ætas,
 Carpere mox gyrum incipiat, gradibusq; sonare
 Compositis, sinuetq; alterna uolumina crurum,
 Sitq; laboranti similis: tunc cursibus auras
 Prouocet, ac per aperta uolans, ceu liber habenis,
 Aequora; uix summa uestigia ponat harena,
 Qualis Hyperboreis Aquilo cum densus ab oris
 Incubuit, Scythiæq; hyemes, atq; arida differt
 Nubila: tum segetes altæ, campiq; natantes
 Lenibus horrescunt flabris, summæq; sonorem
 Dant syluæ, longiq; urgent ad littora fluctus:
 Ille uolat, simul arua fuga, simul equora uerrens,
 Hic uel ad Elei metas, & maxima campi

Ali. & iā.
 Ali. estas.

Homericā
 cōparatio

Ali. hinc.

¶ Ecphrasis.

Atq; equus depulsus ab ubere matris, id est, ab lactatibus audiat hoc iam primum. & det ora capistris, id est, frænis mollibus, id est, non duris inuicem, id est, uiscitudinarie dum est inualidus, id est, tener. & etiam dum est tremens & inscius æui, id est, inexpertus. At ubi quarta ætas, id est, annus quartus accesserit exactis tribus, incipiat mox carpere gyrum, id est, flectere se in orbem, & incipiat sonare gradibus compositis, id est, ordinatis, & sinuet, id est, glomeret alterna uolumina crurum, id est, moueat crura alternatim. & sit similis laboranti, id est, pareat uero labori. Tum prouocet auras cursibus, & ceu liber habenis, id est, quasi non habens fræna uolans per aperta æquora, id est, per campos uix ponat uestigia in summa arena, scilicet præ nimia leuitate, qualis cum Aquilo densus incubuit ab oris Hyperboreis, id est, septentrionalibus. & differt, id est, dissipat hyemes atque nubila arida, id est, non plus uiosa Scythiæ, tum segetes altæ, & campi natantes, id est, fluctuantes horrescunt, id est, tremunt flabris, id est, uentis lenibus, & summæ syluæ dant sonorem, id est, sonitum, & urgent, id est, impellunt fluctus longos ad littora. Ille, scilicet, equus uolat uerrens fuga, id est, cursu simul arua, & æquora. Hic. i. talis equus sudabit ad metas, et maxima spacia capi Elei. i. Olympici in Elide.

Sudabit spatia, & spumas aget ore cruentas:
 Belgica uel molli melius feret effeda collo,
 Tum demum crassa magnum farragine corpus
 Crescere iam domitis finito: nanque ante domandum
 Ingentes tollent animos, prensiq; negabunt
 Verbera lenta pati, & duris parere lupatis.
 Sed non ulla magis uires industria firmat,
 Quam Venerem, & cæci stimulos auertere amoris,
 Siue boum, siue est cui gratior usus equorum,
 Atq; ideo tauros procul, atq; in sola relegant
 Pascua, post montem oppositum, & trans flumina lata:
 Aut intus clausos satura ad præsepia seruant,
 Carpit enim uires paulatim, uritq; uidendo
 Fœmina: nec nemorum patitur meminisse, nec herbæ,
 Dulcibus illa quidem illecebris & sæpe superbos
 Cornibus inter se subigit decernere amantes,
 Pascitur in magna sylua formosa iuuenca:
 Illi alternantes multa ui prælia miscens

Alias. seruat.

Alias. neq;

¶ Euphrasis.

Et aget ore, id est, emittet spumas cruentas, uel feret melius effeda, id est, curus belgica à Belgis populis Gallie, collo molli, id est, domito. Tum demum finito, id est, permittit magnum corpus crescere farragine crassa ab effectu, quia pinguefacit, sed hoc equis iam domitis. Nam ante domandum, id est, antequam domentur, si id feceris, tollent animos ingentes, id est, superbi erunt, & illi prensi negabunt pati uerbera lenta, id est, flexibilia, & negabunt parere, id est, obedire lupatis, id est, frenis duris. Sed non ulla, id est, nulla industria magis firmat equorum animos, quam auertere, id est, prohibere Venerem, & stimulos amoris cæci, id est, occulti. Et hoc, siue cui usus equorum est gratior, siue usus bouum. Atq; ideo pastores relegant, id est, mittunt tauros procul, atque in pascua sola, id est, solitaria, trans montem oppositum, & flumina lata, aut seruāt intus, id est, domit illos clausos ad præsepia satura, id est, plena, enim, pro quia fœmina carpit uires marium paulatim, et urit uidendo, id est, dum uidet, nec patitur illos meminisse nemorum, neq; herbe, id est, pastiois. Et illa, scilicet, fœmina bos subigit, id est, cogit dulcibus illecebris, id est, bladiis amantibus superbos, id est, tauros, decernere, id est, decertare inter se, iuuenca formosa pascit in magna sylua, non curans de illorum amoribus. Et illi alternantes, id est, alternatim certantes miscens

Vulneribus crebris, lauit ater corpora sanguis:
 Versaq; in obnixos urgentur cornua uasto
 Cum gemitu: reboant syluæq; & magnus Olympus,
 Nec mos bellantes una stabulare: sed alter
 Victus abit, longeque ignotis exulat oris
 Multa gemens, ignominiam, plagasq; superbi
 Victoris, tum quos amisit inultus amores:
 Et stabula aspectans regnis excessit auitis,
 Ergo omni cura uires exercet: & inter
 Dura iacet pernix instrato saxa cubili,
 Frondibus hirsutis, & carice pastus acuta:
 Et tentat sese, atque irasci in cornua discit
 Arboris obnixus trunco, uentosq; laceffit
 Ictibus, & sparsa ad pugnam proludit arena.
 Post, ubi collectum robur, uiresq; receptæ,
 Signa mouet, præceptsq; oblitum fertur in hostem:

Ald. pnoæ

¶ Euphrasis.

prælia multa ui, & crebris uulneribus, et sanguis ater lauat corpora illorum, & cornua uersa in obnixos, id est, contra reluctantes urgentur, id est, impelluntur cum gemitu uasto, id est, magno atq; ex eo gemitu siue mugitu syluæ reboant, id est, resonant, & magnus olympus reboat. Nec mos est tauros bellantes stabulare una, id est, simul pasci, sed alter, scilicet, uictus abit, & gemens multa pro multum ignominiam, id est, infamiam, quia est uictus, exulat longe in oris ignotis, id est, regionibus secretis. Tum, id est, præterea ipse inultus excessit ex regnis auitis, id est, pascuis sibi & maioribus suis assuetis aspectans, id est, frequenter aspiciens amores, quos amisit, id est, iuuenecam. Ergo sic expulsus exercet uires omni cura & diligentia, & pernix, id est, constans & perseverans iacet cubili instrato inter dura saxa, ut se ad pugnam sequentem induret, pastus frondibus hirsutis, id est, asperis, & carice acuta, uulgo carizo, quod non herbis mollibus, sed quibus uires augentur, & tentat sese, id est, experitur uires suas, & obnixus, id est, contra nitens trunco arboris discit irasci in cornua, quasi exprobrans quod in superiori certamine sint uicta, & laceffit, id est, prouocat, & ferit uentos ictibus, & proludit, id est, præexercet se ad pugnam arena sparsa, subaudi pedibus. Post ubi, id est, postquam robur est collectum, & uires sunt receptæ, mouet signa, quasi pugnaturus miles, & præcept, id est, uiolentus fertur in hostem oblitum, & subdit comparationem, id est,

Alli. uti Fluctus ut in medio cœpit cum albescere ponto
Alli. neq; Longius, ex altoq; sinum trahit, utq; uolutus
Ali. subue Ad terras immane sonat per saxa, nec ipso
stat Montē minor procumbit, at ima exestuauit unda
 Vorticibus, nigramq; alte subiectat arenam.
 Omne adeo genus in terris hominumq; ferarumq;
Amoris Et genus æquoreum, pecudes, pictæq; uolucres
uis. In furias, ignemq; ruunt, amor omnibus idem.
Leana. Tempore non alio catulorum oblita læna
 Sæuior errauit campis: nec funera uulgo
Vrsi. Tam multa informes urfi, stragemq; dedere
Aper. Per syluas tum sæuus aper, tum pessima tigris.
Tigris. Heu male tum Libyæ solis erratur in agris.
Equi. Non ne uides, ut tota tremor pertentet equorum
 Corpora, si tantum notas odor attulit auras?
 Ac neq; eos iam fræna uirum, nec uerba sæua,
 Non scopuli, rupesq; cauæ, atq; obiecta retardant

¶ Ecpheasis.

uti, id est, tanquam cum fluctus cœpit albescere propter spumas in medio ponto.
trahit fluctus ille sinum, id est, undam sinuatam, atque uolutus ad terras sonat
per saxa immaue, pro immaniter. & procumbit, id est, in littore frangitur non
minor ipso monte. At ima unda exestuauit uorticibus. i. feruet, et subiectat. i. ab imo
iacctat alte arenam nigram. & omne genus hominum & ferarum, & genus æ-
quoreum, & pecudes, & uolucres pictæ in terris ruunt adeo, id est, ualde in fu-
rias & in ignem, id est, in amorē furiosum. Nam idem est amor omnibus. Non
alio tempore, subaudi, quam coitus, læna oblita catulorum errauit sæuior in
campis, nec alio tempore urfi informes dedere uulgo, id est, ubiq; tam multa fu-
nera & stragem per syluas, & tum. i. eo tempore concubitus aper est sæuus, &
tum Tigris est pessima. Heu, tum erratur, id est, homines errant male in agris
Libyæ, id est, Africa, quæ tota scattet serpentibus. Nonne uides, ut, id est,
quemadmodum tremor pertentat tota corpora equorum, quo tempore corrip-
untur uoluptate coitus, si tantum odor, qui exhalat ex genitalibus equarum, attu-
lit auras notas. At neq; fræna uirum, pro uirorum, neq; uerba sæua uirorum,
non scopuli & rupes cauæ, id est, profundæ, & flumina obiecta, id est, opposita

Flumina, correptos unda torquentia montes,
 Ipse ruit, dentesq; Sabellicus exacuit sus,
 Et pede profubigit terram, fricat arbore costas,
 Atque hinc, atq; illinc humeros ad uulnera durat,
 Quid iuuenem magnum cui uersat in ossibus ignem
 Durus amor? nempe abruptis turbata procellis
 Nocte natat cæca serus freta: quem super ingens
 Porta tonet cæli, & scopulis illisa reclamant
 Aequora, nec miseri possunt reuocare parentes,
 Nec moritura super crudeli funere uirgo,
 Quid lynces Bacchi uariæ? & genus acre luporum?
 Atq; canum? quid quæ imbelles dant prælia cerui?
 Scilicet ante omnes furor est insignis equarum:
 Et mentem Venus ipsa dedit, quo tempore glauci
 Potniades malis membra absumpsere quadrigæ.

¶ Ecpheasis.

& torquentia montes, id est, montium lapides correptos. Hæc (inquam) omnia
non retardant eos, scilicet, equos in coitum prurientes. Ipse quoque sus Sa-
bellicus à loco Italiae, ubi sues abundant, ruit, id est, impetum facit, & exacuit
dentes, & profubigit pede terram, id est, in tauri morem spargit arenam pedi-
bus, & fricat costas arbore, atq; durat. i. duos facit humeros hinc atque illinc. i.
ab utroq; latere. Quid dicam iuuenem, scilicet, Leandrum Abydeum Erus puel-
læ Sextiæ amatorem, cui durus amor uersat magnum ignem in ossibus: nempe ille
serus nocte, id est, noctis tempore natat freta cæca, id est, obscura turbata pro-
cellis abruptis. super quem Leandrum ingens porta cæli tonat, & aequora illisa
scopulis, id est, impulsæ ad scopulos reclamant, id est, reuocare illum uidentur, nec
parentes miseri possunt reuocare illum, nec uirgo, id est, amica ipsa super moritura
funere crudeli, quia extincto in mari Leandro Ero quoq; seipsam in mare deiecit.
Quid dicant aut quid non faciunt tempore concubitus Lynces Bacchi uariæ, id
est, maculosæ, & genus acre luporum atq; canum. & quid dicant quæ prælia
dant cerui imbelles? Scilicet. i. certe furor, id est, amor furiosus est insignis equa-
rum ante omnes reliquas animantes. & ipsa Venus, id est, libidinis impetus
dedit illis mentem, id est, furias & iram, eo tempore quo quadrigæ Potnia-
des dictæ à Potnia ciuitate, unde fuit Glaucus, absumpsere, id est, consum-
psere malis, id est, mandibulis, membra Glauci, qui fuit ab equabus suis decerptus.

Sues.

Homines.

Lynces.

Lupi.

Canes.

Cerui.

Equæ.

Illas ducit amor trans Gargara. transq; sonantem
 Ascanium: superant montes, & flumina tranant,
 Continuoq; auidis ubi subdita flamma medullis
 Vere magis (quia uere redit calor ossibus) illæ
 Ore omnes uersæ in Zephyrum stant rupibus altis,
 Exceptantq; leueis auras: & sæpe sine ullis
 Coniugijs uento grauidæ (mirabile dictu)
 Saxa per, & scopulos, & depressas conualles
 Diffugiunt, non Eure tuos, neq; Solis ad ortus,
 In Boream, Caurumq; aut unde nigerrimus Auster
 Nascitur, & pluuio contristat frigore cælum,
 Hinc demum Hippomanes, uero quod nomine dicunt
 Pastores, lentum distillat ab inguine uirus,
 Hippomanes, quod sæpe male legere nouercæ:
 Miscueruntq; herbas, & non innoxia uerba.
 Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus,
 Singula dum capti circumuectamur amore,

In Ali. ad Equas cõcipere sine nauibus, qui partur durat solū triennium Ali. sydere Ali. hic. Hippomanes. Alt. destil lat.

¶ Ecphrasis.

quia amor. i. libido ducit illas. s. equas. trās Gargara, montes sunt Phrygiæ, & trās Ascanium sonantem fluuium, id est, cū sonitu fluentem in eadē Phrygia. Superat. i. transiliunt montes equæ ille, & tranāt. i. natatu transeunt flumina. & ubi. i. postquam flamma est subdita medullis auidis equarū, illæ omnes uersæ continuo. i. statim in Zephyrum uentum occidentalem stāt in montibus altis. & per parēthesim interposuit, uere. i. in tēpore ueris faciunt hoc magis, quia uere redit calor ossib; equarū. exceptantq; .i. spirāt leues auras, & grauidæ uento sine ullis coniugijs. i. maritis, mirabile dictu. diffugiunt per saxa, & scopulos, et conualles depressas. i. profundas. diffugiunt (inquā) o Eure uētus est Oriētalis non ad ortus tuos, neq; ad ortus Solis, sed in Boreā & Caurū uentos frigidissimos, aut unde Auster nigerrim; pluuijs nascitur, & contristat cælum, id est, aërem frigore pluuiæ. id est, pluuioso. Demum Hippomanes. appositue. uirus lentum, id est, glutinosum distillat ab inguine equarum, quod uero nomine pastores dicunt. quia hippe est equa, hippomanes dico, quod malæ nouercæ legere, id est, collegerunt in priuignorum perniciem, & cum illo miscuerunt herbas, & uerba non innoxia, immo nociua. Sed interea, dum hæc loquitur, tempus irreparabile, id est, quod recuperari non potest, fugit, dum nos capti amore scribendi uectamur circum singula scribenda,

Hoc satis armentis: superat pars altera curæ
 Lanigeros agitare greges, hirtasq; capellas.
 Hic labor: hinc laudem fortes sperate coloni.
 Nec sum animi dubius uerbis ea uincere, magnum
 Quam sit, & angustis hunc addere rebus honorem:
 Sed me Parnassi deserta per ardua dulcis
 Raptat amor: iuuat ire iugis, qua nulla priorum
 Castaliam molli diuertitur orbita cliuo.
 Nunc ueneranda Pales, magno nunc ore sonandum.
 Incipiens stabulis edico in molibus herbam
 Carpere oueis dum mox frondosa reducitur æstas:
 Et multa duram stipula, filicumq; manipulis
 Sternere subter humum, glacies ne frigida lædat
 Molle pecus, scabiemq; ferat, turpeisq; podagras.
 Post hinc digressus, iubeo frondentia capris
 Arbuta sufficere, & fluuios præbere recenteis:

*De minoribus pecudibus.
 Allas. de uertitur.
 De curandis ouibus
 De capris*

¶ Ecphrasis.

Ideo hæc fuerint satis armentis, id est, equis & bobus, nunc altera pars huius curæ superest, scilicet, agitare greges lanigeros, id est, oues, & capellas hirtas propter lanæ asperitatem. Hinc, id est, ex ouibus & capris est labor. & o coloni fortes hinc sperate laudem. Nec sum ego dubius animi, quam sit magnum uincere ea, quæ pollicemur, & quam sit magnum addere hunc honorem rebus angustis, id est, uenustatem rebus infimis. Sed dulcis amor Parnassi, id est, Musarum raptat me per ardua deserta Parnassi, et iuuat, id est, delectat me ire ea parte, qua nulla orbita, id est, rotæ uestigium priorum, id est, antiquorum diuertitur castalium fontem, id est, peruenit molli, id est, facili cliuo. Nunc Pales pastorum Dea est ueneranda. & nunc est sonandum, id est, canendum magno ore, id est, sublimi stilo. ego incipiens de cura pecudum scribere, edico quasi huius rei iudex, oues carpere herbam in stabulis molibus, id est, stratis palearum, dum prodonec, æstas frondosa reducitur mox. & edico sternere subter humum duram multa stipula & manipulis filicum, id est, herbarum aridarū, & hoc, ne glacies frigida per illud tempus ingruens lædat molle, id est, infirmum pecus, & ferat scabiem, & podagras turpes, id est, turpitudinem pedum facientes. Posthinc. i. deinde ego digressus ab eo, quod incepi, iubeo sufficere. i. sufficienter dare capris arbuta frondentia, & iubeo præbere fluuios recetes. i. aquas fluuiorū.

Hæc. alias
Hæc. Hæc
tamē gene
re fœ. uer
teres dice
bant.
Ali. tuēdæ
Alias. co=
lores.
Vtilitas
ex capris.
Ali. Quo
Ald. flūina
Hircis, co=
dex uetu=
st⁹, sed Pri
sci. tondēt
dictū uult

Et stabula a uentis hyberno opponere Soli
Ad medium conuersa diem, cum frigidus olim
Iam cadit, extremoq; irrorat Aquarius anno,
Hæc quoq; non cura nobis leuiore tuenda,
Nec minor usus erit; quamuis Milesia magno
Vellera mutantur, Tyrios incocta rubores,
Densior hinc soboles: hinc largi copia lactis,
Quam magis exhausto spumauerit ubere mulctra:
Læta magis pressis manabunt ubera mammis,
Nec minus interea barbas, incanaq; menta
Ciniphij tondent hirci, setasq; comanteis
Vsum in castrorum, & miseris uelamina nautis,
Pascuntur uero syluas, & summa Lycæi,
Horrenteisq; rubos, & amantes ardua dumos,
Atq; ipsæ memores redeunt in tecta, suosq;
Ducunt, & grauido superant uix ubere limen.

¶ Ecphrasis.

Et iubeo opponere stabula Soli hyberno. id est, sic illa disponere, ut sint aperta ad exi
piendum Solem hybernum, & conuersa ad Meridiem, & a uentis Septentrionali
bus præcipue subaudi defensa, & hoc maxime cum Aquarius frigidus olim, id est,
aliquando cadit occasu heliaco, & irrorat, scilicet, pruinas extremo anno. i. in fine
anni. Hæc quoq; quæ pertinent ad capras tuenda, id est, exequenda sunt cura non
leuiori, quàm in ouibus, quia ex capris non minor usus. i. utilitas erit, quamuis uelle
ra ouium Milesia. i. apud Miletum urbem Ionie incocta tyrios rubores. i. purpurâ
mutetur magno precio. Hinc. i. a capris densior soboles prouenit, & prouenit etiâ
copia lactis largi. i. copiosi. Quam. i. quanto magis mulctra. i. uas quo lac excipi
tur, spumauerit. i. plenum fuerit, ubere. i. mamma exhausto. i. palmis expresso, tanto
magis ubera læta. i. pinguia manabunt mammis pressis pastorum manibus. Nec
minus. i. præterea pastores tondent interea barbas & menta incana. i. alba hirci Ci
niphij. i. Libyci, quia Ciniphis fluuius est Libya, et setas. i. pilos crassiores comantes
. i. quasi comas in usum castrorū ad faciēda cilitia tētorijs et uelamina. i. uestes nau
tis miseris. & caprae non indigēt pratis, sed pascuntur syluas et summa. i. altitudinē
Lycæi montis Arcadiæ. & rubos horrētes. i. spinosos. & dumos amātes ardua. i. qui
in arduis nascuntur, atq; ipsæ capellæ memores redeunt in tecta. i. domū, & præcedē
tes ducunt suos pastores, & uix superant limē domus ubere grauido. i. lacte distento.

Ergo omni studio glaciem, uentosq; niuales,
Quo minor est illis curæ mortalis egestas,
Auertes: uictumq; feres, & uirgea lætus
Pabula; nec nota claudes fœnilia bruma.
At uero Zephyris cum læta uocantibus æstas,
In saltus utrunq; gregem, atq; in pascua mittes,
Luciferi primo cum sydere frigida rura
Carpamus, dum mane nouum, dum gramina canent:
Et ros in tenera pecori gratissimus herba est.
Inde ubi quarta sitim cæli collegerit hora,
Et cantu querulæ rumpent arbusta cicadæ,
Ad puteos, aut alta greges ad stagna iubeto
Currentem ilignis potare canalibus undam:
Æstibus at medijs umbrosam exquirere uallem;
Sicubi magna Iouis antiquo robore quercus
Ingentes tendat ramos: aut sicubi nigrum
Illicibus crebris sacra nemus accubet umbra,

Ali. minus

¶ Ecphrasis.

ergo tu auertes, id est, prohibebis a capris omni studio glaciem, & uentos niuales
les, quo, id est, in quantum minor egestas est illis, id est, minus egent curæ mor
talis, id est, humane, nec claudes illis fœnilia tota bruma, id est, hyeme. At ue
ro cum æstas erit læta Zephyris uocantibus ipsam æstatem, tu mittes utrumque
gregem. scilicet, ouium & caprarum in saltus atque pascua, sed non in omnibus
diei horis, sed tantum carpamus, id est, per greges pascamur rura frigida primo
sydere Luciferi, id est, cum Lucifer exoritur, & dum mane est nouum, id est, inci
piens, & dum gramina canent, id est, rore albicant, & dum ros est gratissimus
pecori in herba tenera. Inde ubi quarta diei hora post solis ortum collegerit, id
est, auxerit sitim ouium & caprarum, & cicadæ querulæ, id est, stridentes rum
pent cantu, id est, cantando arbusta, id est, arbores: iubeto greges potare un
dam, id est, aquam currentem canalibus ilignis, id est, ex ilice factis, & hoc ad
puteos, aut ad stagna alta. At iubeto exquirere uallem umbrosam æstibus
medijs, id est, in meridiei feruore sicubi, id est, si alicubi quercus ma
gni Iouis, id est, Ioui dedicata tendat, id est, extendat ramos ingentes ro
bore, id est, stipite antiquo, aut sicubi nemus nigrum id est, umbrosum
umbra sacra, id est, incedua accubet, id est, laceat crebris illicibus. i. frequentibusq;

Tum tenues dare rursus aquas, & pascere rursus
 Solis ad occasum: cum frigidus aëra Vesper
 Temperat, & saltus reficit iam rosida Luna:
 Littoraq; Halcyonem resonant, & acanthida dumī,
 Quid tibi pastores Libyæ, quid pascua uersu
 Prosequar: & raris habitata mapalia tectis:
 Sæpe diem, noctemq; & totum ex ordine mensē
 Pascitur, idēq; pecus longa in deserta sine ullis
 Hospitijs, tantum campi iacet: omnia secum
 Armentarius Afer agit, tectumq; laremq;
 Armāq; Amyclæumq; canem, Cressamq; pharetram:
 Non secus ac patrijs acer Romanus in armis
 Iniusto sub fasce uiam cum carpit: & hosti
 Ante expectatum positus stat in agmine castris,
 At non, qua Scythiæ gentes, Mæoticaq; unda,
 Turbidus, & torquens flauentes Ister arenas,

Pastores
 Libyæ.

Comparat
 pastores
 Romano
 militi.
 Scythiæ pa-
 stores, &
 pascua.

¶ Ephrasia:

Tum ad occasum Solis iubeto rursus dare aquas tenues, & rursus pascere, cum frigidus uesper, id est, stella Veneris uespertino tempore occidens, temperat aërem, & Luna rosida, id est, rorem spargens reficit saltus, & littora maris resonant Alcyonem, id est, cantu illarum auium, dumī resonant acanthida, id est, carduelem pictum, in quem dicitur uersus Ithys prognos ex Tereo filius. Quid ego prosequar tibi uersu, id est, carmine pastores Libyæ: hoc est, Nomades, & pascua, & mapalia: id est, domos pastorum uagas, habitata raris tectis, & per campos sparsis. Nam sæpe pecus pascitur, & id diem, & noctem, & totum mensē ordine in deserta longa & sine ullis hospitijs, quia ibi nullæ sunt habitationes populorum, tantum campi deserti iacet. & armentarius afer, id est, armenticustos agit secum omnia, scilicet tectum, id est, tentorium, & Larem Deum familiarē, & arma, & canē Amyclæū, i. Laconē, & pharetrā Cressam, i. Cretensem, ubi abundant sagittæ. Non secus hi sequuntur oues, & armenta, ac, id est, quam Romanus acer, i. fortis in armis patrijs carpit, i. arripit uiam sub fasce, i. onere iniusto, i. immodico, quia humeris præter arma etiā cibos subuehāt. & stat in agmine. in acie positus castris, ante expectatū hosti, i. antequā hostis putaret. At non, subaudi eodē modo fit, quo in Africa, ea parte qua gentes Scythiæ sunt, & unda Mæotica, i. paludis Mæotidis, & Ister turbidus torquens, i. inuoluens arenas flauentes a colore,

Qua; redit medium Rhodope porrecta sub axem,
 Illic clausa tenent stabulis armenta, neq; ullæ
 Aut herbæ campo apparent, aut arbore frondes:
 Sed iacet aggeribus niueis informis, et alto
 Terra gelu late, septemq; assurgit in ulnas,
 Semper hyems, semper spirantes frigora Cauri,
 Tum Sol pallentes haud unquam discutit umbras,
 Nec cum inuectus equis altum petit æthera, nec cum
 Præcipitem Oceani rubro lauit æquore currum,
 Concresecunt subitæ currenti in flumine crustæ,
 Undaq; iam tergo ferratos sustinet orbes:
 Puppibus illa prius patulis, nunc hospita plaustris,
 Aeraq; dissiliunt uulgo, uestesq; rigescunt
 Indutæ, cæduntq; securibus humida uina;
 Et totæ solidam in glaciem uertere lacunæ:
 Stiriaq; impexis induruit horrida barbis.

¶ Ephrasia:

¶ ea parte, qua Rhodope porrecta sub medium axem redit, quia Rhodope mons Thraciæ sub polo est Septentrionali, incolæ tenent illic armenta clausa stabulis, neque ullæ herbæ apparent in campo niuibus operto, aut frondes arbores apparent, sed terra iacet informis, id est, deformata, & inculta late, id est, ubiq; aggeribus niueis, id est, montibus niuium, & gelu alto. & hyems, id est, nix hyemalis semper assurgit in septem ulnas, & semper sunt illi Cauri uentū Occidentales spirantes frigora. Tū. i. præterea Sol nunquā discutit, id est, resoluit umbras pallentes, id est, migras nec cum Sol inuectus equis, & curru petit altum æthera, id est, cum oritur super nostrum hemispheriū, nec cum rursus, i. e contrario lauit currum præcipitem, i. uelocem, uel præcipitatum æquore Oceani, i. in plaga Occidentali. crustæ ex glacie subitæ, i. subito frigore congelatæ concresecunt, i. congelantur in flumine currenti, et unda congelata sustinet in tergo, i. in superficie orbes ferratos, i. rotarum canthos. Illa dico unda prius hospita, i. frequentata puppibus & nūc hospita plaustris, i. carris onerarijs, et æra, i. crustæ & lamina ex ære, dissiliunt, i. crepant uulgo, i. ubiq; & uestes rigescunt frigore, dum sunt etiam indutæ, & cedunt, id est, secant securibus uina humida, sed tunc congelata, & lacunæ totæ, id est, usq; ad fundum, uertere, id est, uersæ sunt in glaciem solidam, i. durā, & stiria horrida, i. gelu horridum pendens induruit barbis rusticorum impexis.

Humida
 uina. Quæ
 sil. otiosā
 esse uult eo
 picheton.

Interea toto non secius aëre ningit,
 Intereunt pecudes; stant circumfusa pruiniis
 Corpora magna bouum; confertoque agmine cerui
 Torpent mole noua, & summis uix cornibus extant,
 Hos non immixtis canibus, non cassibus ullis,
 Puniceæ uel agitant pauidos formidine pennæ:
 Sed frustra oppositum trudentes pectore montem
 Comminus obtruncant ferro, grauiusque rudentes
 Cædunt, & magno læti clamore reportant,
 Ipsi indefossis specubus secura sub alta
 Otia agunt terra, congestaque robora totas
 Aduoluere focis ulmos, ignique dedere,
 Hic noctem ludo ducunt, & pocula læti
 Fermento, atque acidis imitantur uitea sorbis,
 Talis Hyperboreo Septem subiecta trioni
 Gens effrena uirum Rhiphæo tunditur Euro:
 Et pecudum fuluis uelantur corpora fetis.

Alias. Et

Al. totasq;

Diuisio.

¶ Ecphrasis.

Interea non secius, id est, non minus ningit toto aëre, id est, toto celo. Ex ea niuium effusione pecudes intereunt. & magna corpora bouum stant circumfusa, id est, submersa pruiniis. & cerui stant circumfusi pruiniis agmine ceruorum conferto, id est, constipato, & torpent mole noua, id est, niuibus, & uix extant, id est, eminent summis cornibus. & non agitant, id est, insequuntur hos ceruos non cassibus ullis, uel pauidos formidine pennæ, id est, sagittæ puniceæ, id est, rubræ, quia sic uenatores cingunt ceruos, sed obtruncant illos ceruos comminans, id est, prope ferro, trudentes, id est, impellentes pectore montem niuis contra oppositum. & sic cædunt illos rudentes, id est, frementes, & uenatores læti reportant illos magno clamore. Ipsi incole agunt otia secura specubus defossis terra sub alta. & aduoluere focis, & dedere igni totas ulmos arbores, appositue, robora congesta, id est, insuper cumulata, & ducunt noctem ludo, id est, ludentes. & læti imitantur, id est, adulant pocula uitea, id est, uinum fermento ex ordeo, uel ex tritico, & sorbis acidis, id est, pomis ex sorbo arbore. Talis, id est, similis gens effrena, id est, bellicosa uirum, pro uirorum, subiecta Septentrioni, id est, Hyperboreo Septentrionali, ubi sunt montes Hyperborei, tunditur Euro Rhiphæo, ubi sunt etiam montes Rhiphæi. Et corpora illorum uelantur fetis fuluis, id est, nigris pecudum.

Si tibi lanicium curæ, primum aspera sylvæ,
 Lappæque, tribulique absint: fuge pabula læta,
 Continuoque greges uillis legemollibus albos,
 Illum autem (quamuis aries sit candidus ipse)
 Nigra subest udo tantum cui lingua palato,
 Reijce, ne maculis infuset uellera pullis
 Nascentum; plenoque alium circumspice campo.
 Munere sic niueo lanæ (si credere dignum est)
 Pan Deus Arcadiæ captam te Luna fefellit,
 In nemora alta uocans: nec tu aspernata uocantem.
 At cui lactis amor, cythisum, lotosque frequentes
 Ipse manu, salsaque ferat præsepibus herbas,
 Hinc & amant fluuios magis, & magis ubera tendunt:
 Et salis occultum referunt in lactesaporem,
 Multi iam excretos prohibent a matribus hædos:
 Primaque ferratis præfigunt ora capistris.

Lanicium.

Lac.

¶ Ecphrasis.

Si lanicium, id est, lanæ proventus est tibi curæ, primum lappæ, & tribuli, et sylvæ aspera, id est, herbe spinosæ absint. & fuge pabula læta, id est, pingua, quia nocent proposito. & continuo lege, id est, elige greges albos uillis mollibus, id est, non hirtis. Illum autem arietem reijce, cui nigra lingua tantum subest palato udo, quamuis ipse aries sit candidus. & hoc ne infuset, id est, denigret uellera maculis pullis, id est, nigris nascentum, id est, agnorum, qui nascituri sunt, & circumspice alium arietem pleno campo, ubi facilis est electio. Sic Pan Deus Arcadiæ fefellit te o Luna captam, id est, deceptam munere niueo lanæ, id est, promittendo illi uellera candida, si credere dignum est, quia fabulosum. Pan dico, te uocans o Luna in nemora alta, tuos exoptans concubitus, nec tu aspernata es, id est, contempsisti uocantem. At ille cui amor, id est, cupiditas lactis est, ferat gregi Cythisum herbam multum lactis generantem. & lotos frequentes, herbe sunt, & arbores nobis incognitæ, & ferat herbas salsas præsepibus. Nam hinc, id est, ex pastu herbarum salutarum amant fluuios magis, & tendunt, id est, implent magis ubera lacte. & referunt inde, id est, ex salis herbis occultum saporem salis. Multi pastores prohibent, id est, abstant a matribus hædos iam excretos, id est, adultos. & præfigunt, id est, claudunt ora primæ, id est, primam oris partem capistris ferratis, id est, aculeatis.

Quod surgente die mulsero, horisq; diurnis,
 Nocte premunt: quod iam tenebris, & Sole cadente;
 Sub lucem exportant calathis (adit oppida pastor)
 Aut parco sale contingunt, hyemicq; reponunt.
 Nec tibi cura canum fuerit postrema: sed una
 Veloces Spartæ catulos, acremq; Molossum
 Pasce sero pingui: nunquam coltodibus illis
 Nocturnum stabulis furem, incursumq; luporum,
 Aut impacatos a tergo horrebis Iberos.
 Sæpe etiam cursu timidos agitabis onagros,
 Et canibus leporem, canibus uenabere damas;
 Sæpe uolutabris pulsos syluestribus apros
 Latratu turbabis agens: montesq; per altos
 Ingentem clamore premes ad retia ceruum.

Disce & odoratam stabulis accendere cedrum,
 Galbanoq; agitare graues nidore chelydros,
 Sæpe sub immotis præsepibus aut mala tactu
 Vipera delituit, cælumq; exterrita fugit:

¶ Ecphrasis.

Quod subaudi lac mulsero die, & horis diurnis nocte premunt, inde caseum com-
 ficientes, & quod mulserunt tenebris & pro, id est, Sole cadente exportant,
 scilicet, in urbem calathis, id est, canistris sub lucem, id est, diei principio. & pas-
 tor adit oppida, ut caseum uendat recentem, aut contingunt, id est, saliant parco
 sale. & reponunt hyemi. Nec cura canum fuerit tibi postrema. immo prima
 sed pasce una, id est, simul sero pingui ueloces catulos spartæ, quos supra dixe-
 rat Amycleos, & molossum acrem, id est, canem Epiroticum. nunquam custodia
 bus illis, scilicet, canibus, tu horrebis furem nocturnum stabulis, aut incursum
 luporum, aut Iberos. i. hispanos impacatos, id est, nondum subactos. sæpe etiam
 agitabis cursu per canes onagros timidos. & uenabere leporem. & damas. &
 tu agens, id est, insequens turbabis latratu apros pulsos syluestribus uolutabris,
 i. paludibus, ubi uoluntantur apri. & premes. i. insequeris ad retia clamore ceruum
 ingentem per altos montes. Disce etiam accendere stabulis cedrum odoratam, et
 disce agitare Chelydros graues nidore galbano. Nam sæpe uipera delituit ma-
 la tactu, id est, ut trahatur sub præsepibus immotis. & exterrita fugit cælum.

Au

Aut tecto affuetus coluber succedere, & umbræ,
 Pestis acerbaboum, pecoricq; aspergere virus,
 Fouit humum, cape saxa manu, cape robora pastor,
 Tollentemq; minas, & sibila colla tumentem
 Deijce: iamq; fuga timidum caput abdidit alte,
 Cum mediij nexus, extremæq; agmina caudæ
 Soluuntur, tardosq; trahit sinus vltimus orbes.
 Est etiam ille malus Calabris in saltibus anguis,
 Squamea conuoluens sub lato pectore terga,
 Atq; notis longam maculosus grandibus aluum,
 Qui dum amnes vlli rumpuntur fontibus, & dum
 Vere madent vdo terræ, ac pluuias Austris,
 Stagna colit, ripisq; habitans hic piscibus atram
 Improbis ingluuiem, ranisq; loquacibus explet,
 Postquam exhausta palus, terræq; ardore dehiscunt,
 Exilit in siccum, & flammantia lumina torquens
 Sæuit agris, asperq; siti, atq; exterritus æstu,

¶ Ecphrasis.

aut coluber affuetus succedere tecto, & umbræ, coluber dico, pestis acerbaboum,
 affuetus spargere uirus pecori fouit humum, id est, calefecit incubitu. O pastor
 cape manu saxa, & robora manu, & deijce illum colubrum tollentem minas, id
 est erigentem se in minas, & tumentem cerula colla, id est, habentem colla ui-
 ridia tumentia. & iam coluber ille abdidit, id est, abscondit fuga alte caput timi-
 dum. cum nexus, id est, sinus mediij: & agmina caudæ extremæ soluuntur, id est,
 explicantur. & sinus vltimus, id est, spira vltima trahit orbes tardos. Est etiam
 in saltibus Calabris ille anguis malus conuoluens terga squamea, id est, squamo-
 sa pectore sublato, & maculosus aluum longam notis, id est, maculis grandi-
 bus: qui anguis dum vlli amnes, id est, flumina rumpuntur fontibus, id est, erū-
 punt. & dum terræ madent vdo uere, id est, humido: & Austris pluuias.
 & hic anguis improbus, id est, insatiabilis ripis explet ingluuiem, id est, uentrem
 piscibus, & ranis loquacibus, id est, canoris. Sed postquam palus est ex-
 hausta, id est, humore uacua, & terræ dehiscunt, id est, finduntur ardore, an-
 guis ille exilit in siccum: & torquens lumina flammantia. i. oculos quasi flammā
 emittentes asper situ, id est, squallore, & exterritus æstu sæuit agris. i. per agros.

alias &

al. exusta

Siti,
 al. situ.

k

Canum cu
 ra

All. igno
 ra

alias dio

Nec mihi tum molles sub diuo carpere somnos,
Neu dorso nemoris libeat iacuisse per herbas,
Cum positis nouus exuuijs nitidusq; iuuenta
Voluitur, aut catulos tectis, aut oua relinquens
Arduus ad Solem, & linguis micat ore trifulcis,

De ouium
scabie.
alias cum

Morborum quoq; te causas, & signa docebo,
Turpis oues tentat scabies, vbi frigidus imber
Altius ad viuum per sedit, & horrida cano
Bruma gelu; vel cum tonsis illotus adhæsit
Sudor, & hirsuti secuerunt corpora vepres,
Dulcibus idcirco fluuijs pecus omne magistri
Perfundunt, vdisq; aries in gurgite villis
Mersatur, missusq; secundo defluit amni:
Aut tonsum tristi contingunt corpus amurca,
Et spumas miscent argenti, viuacq; sulphura,
Idæasq; pices, & pinguis vnguine ceras,
Scyllamq; helleborosq; graues, nigrumq; bitumen.

al. & sul-
phurauia

¶ Ecphrasis.

Nec libeat mihi tum carpere somnos molles sub diuo. i. sub Ioue, hoc est sub no-
ctis sereno, neu libeat iacuisse per herbas dorso. i. solo nemoris eo tempore, cum
ipse nouus depositis exuuijs, id est, pellis uernatione, & nitidus iuuenta uolui-
tur, aut relinquens catulos tectis, aut oua. ipse arduus ad Solem, id est, erectus mi-
cat ore linguis trifulcis. Præterea ego docebo te causas morborum, & signa mor-
borum. Scabies turpis tentat oues, cum imber frigidus, & bruma horrida cano
gelu per sedit altius, id est, profundius ad viuum, id est, usque ad iutimum. uel
cum sudor adherens lanæ, & illotus adhæsit illis tonsis, & uepres hirsuti se-
cuerunt corpora. Idcirco magistri; id est, pastores ouium perfundunt omne pe-
cus dulcibus fluuijs. & aries mersatur in gurgite uillis udis, id est, uellere humi-
do. missusq; secundo defluit amni, id est, flumine sequenti, aut contingunt corpus
amurca tristi, id est, amara. Est autem amurca succus oliuæ, quod oleo substi-
det. & miscent spumas argenti, & sulphura uiua propter ignem inclusum,
& pices Idæas, ab Ida sylua Troiæ, & ceras pingues vnguine, id est, vni-
ctura, & Scyllam, id est, cepe erraticum, & helleboros, id est, ueratrum, &
bitumen nigrum, id est, iudaicum, quod asphaltum uocant, siue stercus dæmonum.

Non tamen vlla magis præsens fortuna laborum est,
Quam si quis ferro potuit rescindere summum
Vlceris ostalitur vitium, viuitq; tegendo,
Dum medicas adhibere manus ad yulnera pastor
Abnegat, & meliora Deos sedet omnia poscens,
Quin etiam ima dolor balantum lapsus ad ossa
Cum furit, atque artus depascitur arida febris,
Profuit incensos æstus auertere; & inter
Ima ferire pedis salientem sanguine venam,
Bisaltæ quo more solent, acerq; Gelonus,
Cum fugit in Rhodopen, atq; in deserta Getarum,
Et lac concretum cum sanguine potat equino,
Quam procul, aut molli succedere sæpius vmbra;
Videris, aut summas carpentem ignauius herbas,
Extremâq; sequi, aut medio procumbere campo
Pascentem, & seræ solam decedere nocti;
Continuo culpam ferro compesce prius, quam

De febr.

al. segnius

alias sera
al. nocte

¶ Ecphrasis.

Tamen nulla fortuna laborum est magis præsens, id est efficax, quam si quis po-
tuit rescindere ferro summum os ulceris, id est, partes illas ulceris corruptas. Itaq;
si illud remedium, quod mō. Traui, non affertur: vitium alitur: & uiuit tegendo,
id est, dum tegitur: dum pastor abnegat adhibere manus medicas ad yulnera ouium.
& sedet poscens deos meliora. Quin etiam dolor balantum, id est ouium lapsus. i.
descendens ad ima ossa cum furit: & cum febris arida, id est, ariditatem inducens
depascitur, id est, consumit artus. profuit auertere, id est, prohibere æstus incensos.
& ferire uenam salientem sanguine inter ima pedis: quo more. i. eo modo quo
Bisaltæ, & Gelonus acer, populi sunt Septentrionales solent æquorū uenas per-
cutere: cum fugit in Rhodopē montē Thraciæ, atq; in deserta Getarum: & potat
lac concretum cum sanguine equino: quod ex uenis hausserunt. Quam ouem siue
pecudem uideris succedere sæpius vmbra molli: aut carpentem ignauius, id est, ne-
gligentius herbas summas: & illam extremam sequi reliquas pecudes: aut illā pa-
scentem, id est, dum pascitur procumbere medio campo: & uideris decedere illam
solam nocti sere, id est, in sera nocte: continuo, id est, statim compesce, id est, pro-
hibe culpam ferro, id est, vitium sanguinis diminutione. aut cauterio priusquam

Dira per incautum ser pant contagia vulgus,
 Non tam creber agens hyemem ruit æquore turbo,
 Quam multæ pecudum pestes: nec singula morbi
 Corpora corripunt, sed tota æstiu a repente,
 Spemq; gregemq; simul, cunctamq; ab origine gentem,
 Tum sciat aërias Alpes, & Norica si quis
 Castella in tumulis, & Iapidis arua Timau i,
 Nunc quoq; post tanto videat, desertaq; regna
 Pastorum, & longe saltus, lateq; vacantes.
 Hic quondam morbo cæli misera nda cohorta est
 Tempestas, totoq; Autumn i incanduit æstu:
 Et genus omne neci pecudum dedit, omne ferarum,
 Corruptaq; lacus, infecit pabula tabo,
 Nec via mortis erat simplex: sed ubi ignea venis
 Omnibus acta sitis miseros adduxerat artus,

¶ Ecphrasis.

dira contagia ser pant per vulgus. i. gregem incautum. i. qui sibi cauere. i. prouide re non potest. Non tam creber turbo agens, id est, mouens hyemem. i. tempesta tem ruit æquore. i. in æquor, quam multæ sunt pestes pecudum. Nam morbi non corripunt singula corpora: sed corripunt repente tota æstiu a. i. totum gregem in loco æstiuorum. i. ubi pecudes æstatem agunt: & corripunt spem. i. agnos & si mul gregem totum, & cunctã gentem ab origine. Tu. i. præterea si quis sciat Al pes aërias. i. altas: & quæ uentis crebro pulsantur. & castella Norica. i. Illyrica posita in tumulis: & arua Timau i fluuij ueneti Iapidis, quia illa regio Iapidia dicitur: ubi tanta fuit gregum, armentorumq; strages, ut nunc quoq; tanto tem pore post, dicit Vergilius de suo sæculo, uideat regna pastorum deserta, id est, loca in quibus pastores regnare uidebantur: & uideat saltus, id est, pascuorum loca uacantes longe, & late. Hic. i. in his locis tempestas misera nda coorta est morbo. i. uitio & corruptione cæli. i. aëris. Et incãduit. i. incensa est toto æstu. i. calore, qui tum per Autumnum fuit. & dedit neci. i. peremit illa tẽpestas omne genus pecu dum: & omne genus ferarum: & corruptit lacus: & infecit, id est, ueneno corru pit pabula tabo, id est, sanie. Nec uia mortis, id est, moriendi genus erat simplex, id est, unica, sed multiplex. sed ubi sitis ignea, id est, ex calore proueniens acta, id est, immissa omnibus uenis adduxerat, id est, extenuauerat miseros artus:

Noricum,
 Bauaria.
 al. Iapygis
 Seruio tñ
 nō pbatur,
 Hecata due
 ro duas po
 nit Iapygi=
 as, quarum
 una sit in
 Apulia, al
 tera in Il=
 lyrico, a q̄
 rum utraq;
 Iapyx, &
 Iapygi de
 riuari di=
 ct.

Rursum abundabat fluidus liquor: omniaq; in se
 Ossa minutatim morbo collapsa trahebat.
 Sæpe in honore Deum medio stans hostia ad aram,
 Linea dum niuea circumdatur infula uitta,
 Inter cunctantes cecidit moribuda ministros:
 Aut si quam ferro mactauerat ante sacerdos,
 Inde neque impositis ardent altaria fibris,
 Nec responsa potest consultus reddere uates:
 Ac vix suppositi tinguntur sanguine cultri,
 Summaq; ieiuna sanie infuscatur arena.
 Hinc lætis vituli vulgo moriuntur in herbis,
 Et dulces animas plena ad præsepia reddunt.
 Hinc canibus blandis rabies venit, & quatit ægros
 Tussis anhela sues, ac faucibus angit obesis,
 Labitur infelix studiorum, atq; immemor herbæ
 Victor equus, fontesq; auertitur, & pede terram

¶ Ecphrasis.

Rursum liquor fluidus, id est, sudor abundabat: & trahebat, id est, resolu bat in se ossa collapsa, id est, cadentia minutatim, id est, particulatim morbo pe stilentæ, sæpe etiam contingit tunc, q; hostia lanca, id est, ouis stans ad aras in medio honore, id est, sacrificio Deum pro Deorum: dum infula, id est, ue lum sacrum circumdatur uitta niuea, id est, candida. illa moribunda, id est, ual de moriens cecidit inter ministros cunctantes, id est, paululum immoratos. aut si sacerdos aliquando hostiam ante mactauerat ferro illam iugulans: neque al taria ardent fibris impositis inde, id est, ex ea hostiæ iugulatione: nec uates, id est, sacerdos ille consultus ab aliquo potest reddere responsa per aruspici nam. Aut cultri suppositi hostiæ uix tinguntur sanguine: & summa arena, id est, tantum arenæ summitas infuscatur. i. coloratur sanie ieiuna, id est, parua. Hinc, id est, ex eodem morbo uituli moriuntur in herbis lætis, id est, pinguibus, & reddunt animas dulces: quia ipsum uiuere animantibus dulce est. Hinc, id est, ex eadem causa rabies uenit canibus blandis, id est, qui sunt natura adultores. Et tussis anhela, id est, angina quatit suos ægros: & angit faucibus obesis, id est, tumidis. Et equus uictor antea, tunc uero infelix labitur immemor studiorū præ tritorum, & herbæ præsentis & auertitur. i. fugit fontes, & ferit terram pede

al. lanca.

Elcuat att
 toritate au
 spiciorum.

De morbo equorum. Crebra ferit: demissæ aures, incertus ibidem
 Crebro co- Sudor, & ille quidem moriturus frigidus: aret
 di. uet. neq; Pellis, & ad tactum tractanti dura resistit.
 timēdū ne, Hæc ante exitium primis dant signa diebus,
 Crebro fe. Sin in processu cœpit crudescere morbus,
 dactylū fa- Tum vero ardentes oculi, atq; attractus ab alto
 ciamus. cū Spiritus, interdum gemitus grauis, imaque longo
 Caristi⁹ ter Ilia singultu tendunt: it naribus ater
 tio pro da Sanguis, & obsessas fauces premit aspera lingua,
 stylo agno Profuit inserto latices infundere cornu
 scat. Lenæos, ea visa salus morientibus vna.
 Mox erat hoc ipsum exitio: furisq; resecti
 Ardebant, ipsiq; suos iam morte sub ægra
 ali. ardorē (Di meliora prijs, erroremq; hostibus illum)
 Discissos nudis laniabant dentibus artus.
 De tauris. Ecce autem duro fumans sub vomere taurus
 Concidit, & mistum spumis vomit ore cruorem,

¶ Ecphrasis.

crebra pro crebro, nomen pro aduerbio. Aures sunt illis demissæ: sudor incertus, id est, dubius, mortifer: & ille quidem sudor frigidus moriturus, id est, quod est futuræ mortis signum. pellis quoq; aret siccitate: & illa dura tractanti resistit ad tactū, & dant hæc signa superiora ante exitium. i. mortem primis diebus, quibus incipiunt morbo corripiti. Sin pro sedis morbus cœpit crudescere in processu, tunc sunt illis oculi ardentes, & est illis spiritus, id est, anhelitus attractus ab alto, subaudi pectore. & interdum est illis gemitus grauis, & interdum equi tendunt ilia ima singultu. & ater sanguis it manans ex naribus, & aspera lingua premit fauces obsessas, id est, occupatas. Et profuit aliquando infundere illis inserto cornu latices Lenæos, id est, Bacchi. Nam Bacchus etiam dicitur Lenæus. ea enim erat una salus illis morientibus. sed mox, id est, paulo post hoc ipsum, id est, uini infusio erat exitio, id est, morti. Resecti furis uini infusi ardebant, & ipsi equi iam sub morte ægra positi laniabant dentibus nudis artus discissos. Dijs tribuant prijs meliora. i. meliorē mentē. & dent hostibus nostris illū errorē, ut se detibus cōficiāt. Ecce. i. de subito taurus fumās. i. sudās sub duro uomere cōcidit. i. mortuus est. & uomit ore cruorem mixtum spumis,

Extremosq; ciet gemitus: it tristis arator
 Mœrentem abiungens fraterna morte iuuenicum,
 Atq; opere in medio defixa relinquit aratra,
 Non umbrę aliorum nemorum, non mollia possunt
 Prata mouere animum, non qui per saxa volutus
 Purior electro campum petit amnis: at ima
 Soluuntur latera, atq; oculos stupor urget inerteis,
 Ad terramq; fluit deuexo pondere ceruix,
 Quid labor, aut benefacta iuuant, quid vomere terras
 Inuertisse graues: atqui non Massica Bacchi
 Munera, non illis epulæ nocuere repostæ:
 Frondibus, & uictu pascuntur simplicis herbae.
 Pocula sunt fontes liquidi, atq; exercita cursu
 Flumina, nec somnos abrumpit cura salubres,
 Tempore non alio dicunt regionibus illis
 Quæstas ad sacra boues Iunonis, & vris
 Imparibus ductos alta addonaria currus,

alias uictū

¶ Ecphrasis.

& ciet gemitus extremos. i. mortis. arator tristis it ab aratione distungens iuuenicum mœrentem morte fraterna, id est, alterius iuuenici mortui, & relinquit arator ille aratra defixa in medio opere, id est, interrupto. Umbrę aliorum nemorum, & prata mollia, id est, herbosa non possunt mouere animum ad læticiam capiendam. & amnis, id est, fluuius purior electro, qui uolutus per saxa petit campum, non potest mouere animum iuuenicorum. At ima illorum latera soluuntur: atque stupor urget oculos inertes, id est, languidos, & ceruix pondere deuexo fluit ad terram. Quid labor aut benefacta iuuant uos o boues? & quid iuuat inuertisse uomere terras graues? Atqui munera Bacchi, id est, uina massica, id est, Campana. & epulæ repostæ, id est, ropositæ, & seruatæ non nocuere illis iuuenicis. sed pascuntur frondibus, & uictu herbae simplicis. Pocula sunt illis fontes liquidi: & flumina exercita, id est, detrita & exagitata cursu: nec cura abrumpit illis somnos salubres, id est, salutiferos. Tempore non alio, immo simili tempore dicunt. s. in historijs boues quæstas in illis regionibus ad sacra Iunonis: & dicunt currus ductos ad alta donaria, id est, loca ubi reponuntur dona deis dicata. vris imparibus, id est, bobus syluestribus.

Ergo ægre rastris terram rimantur, & ipsis
 Unguibus infodiunt fruges, montesq; per altos
 Contenta ceruice trahunt stridentia plaustra.
 Non lupus insidias explorat ouilia circum,
 Nec gregibus nocturnus obambulat: acrior illum
 Cura domat: timidi damæ, ceruicq; fugaces
 Nunc interq; canes, & circum tecta vagantur.
 Iam maris immensi prolem, & genus omne natantum
 Littore in extremo, ceu naufraga corpora, fluctus
 Proluit: insolite fugiunt in flumina phocæ,
 Interit & curuis frustra defensa latebris
 Vipera, & attoniti squâmis astantibus hydri,
 Iphis est aër auibus non æquis: & illæ
 Præcipites alta vitam sub nube relinquunt,
 Præterea iam nec mutari pabula refert,
 Quæsitæq; nocent artes: cessere magistri
 Phyllirides Chiron, Amythaoniusq; Melampus;

¶ Ecphrasis.

Ergo bobus deficientibus homines rimantur terram rastris: & infodiunt. i. seminant fruges unguibus, & homines etiam bouum defectu trahunt per altos montes stridentia plaustra ceruice cõtenta. i. in ipso tractu extenta. Lupus quoq; non explorat, id est, explorando parat insidias circum ouilia. Nec ille nocturnus. i. per noctem obambulat gregibus. & hoc quia cura acrior, id est, uehementior domat illum, id est, morbus. Damæ timidi, & cerui fugaces, utriq; faciunt hoc natura, sed nunc impliciti morbo uagantur inter canes, & circum tecta. Iam, id est, præterea fluctus proluit, id est, fluctuando inuoluit prolem, id est, genus maris immensi. i. pisces, & omne genus natantium. i. natatillum, proluit dico in extremo littore: ceu. i. tanquã corpora naufraga. i. naufragio mersa, & phocæ. i. uituli marini insolite hoc facere fugiunt in flumina. Et uipera frustra. i. nõ defensa curuis latebris interit, et hydri attoniti intereunt squâmis astantibus. i. horrentibus. Aër etiã nõ est equus ipsis auibus: & ille aues præcipites. i. uolâtes relinquunt uitã sub alta nube. i. moriuntur in ipso aëre. Præterea nõ refert pabula mutari bobus et ouibus: & artes. i. medicine quæsitæ nocent: & Chirõ Cêtaurus Phyllirides. i. Phylliræ ex Saturno filius, et Melampus Amythaonis. i. Amythaonis filius magistri. i. medici cessere de salute desperantes.

Sæuit & in lucem Stygijs emissã tenebris
 Pallida Tisiphone: morbos agit ante, metumq;
 Inq; dies auidum surgens caput altius effert:
 Balatu pecorum, & crebris mugitibus amnes,
 Arentesq; sonant ripæ, collesq; supini.
 Iamq; cateruatim dat stragem: atq; aggerat ipsis
 In stabulis turpi dilapsa cadauera tabo,
 Donec humo tegere, ac foueis abscondere discunt,
 Nam neq; erat corijs usus: nec viscera quisquam,
 Aut undis abolere potest, aut vincere flamma,
 Nec tondere quidem morbo. illuuięq; peresa
 Vellera, nec telas possunt attingere putres.
 Verum etiam inuisos si quis tentarat amictus,
 Ardentes papulæ, atq; immundus olētia sudor
 Membra sequebatur: nec longo deinde moranti
 Tempore, contactos artus sacer ignis edebat

¶ Ecphrasis.

Tisiphone pallida, id est, nigra emissã in lucem ex tenebris stygijs sæuit, & agit ante se morbos, & metum, & effert indies. i. cotidie magis altius caput auidum. Amnes, id est, fluuij, & ripæ arentes, & colles supini sonant balatu pecorum, & mugitibus crebris bouum. Iamque Tisiphone dat stragem cateruatim, id est, per singulas cateruas: atque in ipsis stabulis aggerat, id est, cumulat cadauera dilapsa tabo turpi, id est, resoluta. donec homines discunt tegere humo illa cadauera: & abscondere foueis, idem est. Nam neque usus erat cadauerum corijs: neq; quisquam potest abolere undis, id est, elixare uiscera, id est, carnes illas: aut uincere, id est, domare flammis, id est, igni. Nec quidem possunt tondere uellera ouium peresa. i. putrida, & cõsumpta morbo & illuuię, id est, situ et squallore: nec possunt attingere telas putres, id est, quæ tabescunt cum attinguntur. Verum etiam si quis tentarat amictus inuisos, ardentes papulæ morbi sunt, & sudor immundus sequebatur membra olentia, id est, fœtida, & deinde nõ longo tempore moranti, id est, paulo post ignis sacer, lepræ est genus. edebat, id est, consumebat artus contactos a uestibus inde confectis.

FINIS LIBRI TERTII.

alias Horrentes.

al. Quinetiam.

GEORGICON.

Tetraſtichon Ouidij Naſonis Poëtae in
Quartum librum Georgicon.

Rotinus aërii mellis redolentia regna,
Hyblæas quoque apes, aluorum & cerea tecta:
Quicquid alibi flores, examina quæque legenda
Indicat, humentesque fauos caelestia dona,

¶ Ecphrasis.

Protinus. Argumentum est Ouidij, ut quidam dicunt: in quo materiã quartum libri dicit esse de cura aptum. Protinus, id est, libro quarto Vergilius indicat regna redolentia mellis aërii: & apes Hyblæas, ab Hybla Siciliae dictas. & tecta, id est, domos circa aluorum per alueorum. & qui flores, & quæ examina sunt legenda, & indicat fauos humentes. ap. dona caelestia: quia de rore cali, & floribus cõficiuntur.

P. V. B. VERGI
LII MARONIS GEORGICON
Liber Quartus.

Propositio
cui admi-
scuit dedi-
catione ope-
ris.

Amplifica-
tio per me-
taphoras.

Rotinus aërii mellis caelestia dona
Exequar: hæc etiam Mecœnas aspice partem.
Admiranda tibi leuium spectacula rerum,
Magnanimosque duces, totiusque ex ordine gētis
Mores, & studia, & populos, & praelia dicam,
In tenui labor, at tenuis non gloria: siquem
Numina leua sinunt, auditque vocatus Apollo.

¶ Ecphrasis.

Ego exequar protinus. id est, in hoc quarto libro dona caelestia mellis aërii: quæ ex floribus, atque rore cali cõficiuntur. O Mecœnas aspice etiam hæc partem. id est, materiã libri quartum: quæ admodum trium superiorum. nam ego dicam tibi hic spectacula admiranda. id est, miracula rerum leuium. id est, minutissimarum: quales sunt apes. & dicam tibi duces magnanimos. id est, reges apum quæ tunc animis concurrunt. Et dicam tibi ordine mores, & studia totius gētis, id est, apum. & dicam tibi populos, & praelia. labor meus uersatur in re tenui. id est, uili. sed gloria non est tenuis, quæ ex hac re comparari potest: si numina leua. id est, propitia sinunt quem. id est, aliquem, & Apollo uocatus audit quem. id est, aliquem, qui talia aggreditur.

LIBER IIII.

Fo. lxxviii.

Principio sedes apibus, statioque petenda;
Quo neque sit uentis aditus (nam pabula uenti
Ferre domum prohibent) neque oues, hœdique petulci
Floribus insultent; aut errans bucula campo
Decutiat rorem, & surgentes atterat herbas,
Absint & picti squalentia terga lacerti
Pinguibus a stabulis, meropesque, aliæque uolucres,
Et manibus Progne pectus signata cruentis,
Omnia nam late uastant: ipsasque uolantes
Ore ferunt dulcem nidis immitibus escam.
At liquidi fontes, & stagna uirentia musco
Adsint, & tenuis fugiens per gramina riuus:
Palmaque uestibulum, aut ingens oleaster obumbret;
Ut cum prima noui ducent examina reges
Vere suo, ludetque fauis emissa iuuentus,
Vicina inuitet decedere ripa calori:
Obuiaque hospitij teneat frondentibus arbos,

¶ Ecphrasis.

principio sedes, & statio petenda, id est, eligenda apibus: quo id est, ad quam nec aditus sit uentis: nam uenti prohibent apes ferre domum pabula, id est, flores. neque oues, & hœdi petulci, id est, petulantes & lasciuu insultent, id est, noceant floribus: aut bucula id est, iuuena errans campo, id est, pascens decutiat rorem ex floribus: & atterat id est, conculcet herbas surgentes id est, nascentes. & lacerti reptiles picti terga id est, habentes depicta terga squalentia id est, situ squamosa absint a stabulis id est, alueis apum. Meropes, id est, aues, quas Apiastras uocant. & aliæ uolucres similes, & progne, id est, hirundo signata pectus manibus cruentis, ad fabulam alludit, qua dicitur Ithym filium trucidasse. Hæc inquam aues absint a stabulis, nam uastant omnia late: & ferunt ore ipsas uolantes, id est, apes in escam dulcem nidis, id est, pulis immitibus. At fontes liquidi, id est, puri, & stagna uirentia musco adsint. & riuus tenuis fugiens, id est, labens per gramina adsit, & palma arbor, aut ingens oleaster inumbret, id est, umbra protegat uestibulum, id est, aluei aditum: ut cum noui reges ducent prima examina uere suo, id est, mense maio, & iuuentus apum emissa ludet, id est, proludet fauis, ripa uicina inuitet decedere calori id est, a calore. & arbos obuia detineat examina illa hospitij frondentibus, id est, in ramis.

Loc⁹ apia
rh.

al. Progne

al. inūbret

GEORGICON.

In medium, seu stabit iners, seu profluet humor,
 Transuersas salices, & grandia conijce saxa:
 Pontibus vt crebris possint consistere, & alas
 Pandere ad aestiuum Solem: si forte moranteis
 Sparserit, aut praiceps Neptuno immiserit Eurusa. *Ler*
 Haec circum casiae virides, & olentia late
 Serpylla, & grauius spirantis copia thymbrae
 Floreat: irriguumque bibant violaria fontem,
 Ipsa autem seu corticibus tibi suta cauatibus,
 Seu lento fuerint aluearia vimine texta,
 Angustos habeant aditus: nam frigore mella
 Cogit hyems, eademque calor liquefacta remittit.
 Vtraque vis apibus pariter metuenda: neque illae
 Nequicquam in tectis certatim tenuia cera
 Spiramenta linunt, fucosque, & floribus oras
 Explent: collectumque haec ipsa ad munera gluten
 Et visco, & Phrygiae seruant pice lentius Idae.

Quomodo
 sunt aluea
 ria faciēda

¶ Ecphrasis.

Seu humor .i. aqua stabit iners .i. non fluet, seu profluet, conijce in mediū aquae sa-
 lices transuersas: & saxa grandia: ut apes possint consistere crebris pontibus .i. in
 illis salicibus & saxis, quasi pontibus, & pandere, id est, explicare alas ad Solem
 aestiuum, si forte Eurusa praiceps sparserit illas morantes, aut immerserit Ne-
 ptuno, id est, aquae. Casiae uirides, & serpylla olentia late, & copta thymbrae spi-
 rantis grauius, id est, olētis floreat circū haec, scilicet aluearia. & uiolaria, id est,
 ubi sunt uiolae confite bibant fontem irriguum, id est, qui irriget uiolaria.
 Ipsa autem aluearia habeant aditus angustos, seu fuerint suta subscudibus ex
 corticibus cauatibus, id est, cōcauis, seu fuerint texta ex uimine lēto, id est, flexibili.
 & ideo foramina illa debent angustos aditus praebere: quoniam hyems cogit, id
 congelat mella frigore. & calor aestatis remittit, id est, resoluit eadem mella li-
 quefacta. utraque uis, id est, uiolentia metuenda est apibus. Neque illae apes ne-
 quicquam, .i. frustra linunt, .i. obturant cera. .i. glutino uel propoli spiramenta te-
 nuia, .i. rimas in tectis, .i. alueis, & explent fucos, & floribus, .i. materia ad hoc fa-
 cta oras, id est, terminos, & seruant glutē quaesitum ad haec ipsa maniera, glutē
 dico lētius ut visco, & pice Idae Phrygiae, id est, syluae Traianae. & si fama est uera,

LIBER, IIII.

Fo. Ixxix.

Saepe etiam effossis (si vera est fama) latebris,
 Sub terra fodere larem: penitusque repertae
 Pumicibusque cauis, exelaeque arboris antro,
 Tu tamen & leui rimosa cubilia limo
 Vnge, fouens circum: & raras superinijce frondes,
 Neu propius tectis taxum sine: ne ve rubentes
 Vre foco caneros: altae neu crede paludis:
 Aut ubi odor coeni grauis: aut ubi concaua pulsu
 Saxa sonant: uocisque offensa resultat imago.
 Quod superest, ubi pulsam hyemem Sol aureus egit
 Sub terras, caelumque aestiua luce reclusit,
 Illae continuo saltus, syluaeque peragrant,
 Purpureosque metunt flores, & flumina libant
 Summa leues: hinc nescio qua dulcedine laetae
 Progeniem, nidosque fouent: hinc arte recenteis
 Excudunt ceras, & mella tenacia fingunt.
 Hinc ubi iam emissum caueis ad sidera caeli

at. terras
 al. aino

Descriptio
 etatis.

¶ Ecphrasis.

saepe fodere larem .i. domū sub terra latebris effossis .i. exhausto rudere factis, &
 repertae sunt pumicibus cauis: et in antro arboris exelae .i. in cauum corrosae. Tamē
 tu vnge limo leui .i. leuzato fouēs .i. apricas circū cubilia rimosa. & inijce super
 limum frondes raras. Neu sine .i. nō permittas taxos propius .i. propinquius tectis
 .i. aluearibus: ne ue uas prope caneros rubētes, cū sunt decocti: quia hoc fugat apes:
 neu crede .i. nec cōmittas illas paludi altae: ne mergatur: aut ubi coeni odor est gra-
 uis, aut ubi saxa concaua sonant pulsu .i. percussione. & imago uocis offensa .i. res
 percussa resultat. Quod superest .i. reliquū est dicendū ubi sol aureus a colore: uel
 splendore egit sub terras hyemem pulsam .i. sunt iam dies grandiusculi: & reclusit,
 id est, aperuit caelum luce aestiua. continuo .i. statim illae apes peragrant saltus,
 & syluas: & tam ex herbis, quam ex arboribus metunt flores purpureos. &
 ipsae leues libant, id est, gustant summa flumina, id est, fluminum summitatem.
 Hinc, id est, deinde apes laetae nescio qua dulcedine fouent progeniē. & nidos, quasi
 aues fouent oua: ut inde pullos excludant. & hinc excudunt, id est, formant ceras
 recentes arte, id est, artificiose, & fingunt mella tenacia .i. lenta. Hinc .i. deinde ubi
 suspexeris, id est, sursum aspexeris agmen .i. examen emissum caueis, id est, alueis.

GEORGICON.

Nare per æstatem liquidam suspexeris agmen,
 Obscurâq; trahi uento mirabere nubem,
 Contemplator: aquas dulcis, & frondea semper
 Tecta petunt: huc tu iussos asperge sapes,
 Trita meliphylla, & cerinthæ ignobile gramen:
 Tinnitusq; cie, & matris quate cymbala circum,
 Ipsæ confident medicatis sedibus: ipsæ
 Intima more suo sese in cunabula condent.
 Sin autem ad pugnam exierint (nam sæpe duobus
 Regibus incessit magno discordia motu)
 Continuoq; animos vulgi, & trepidantia bello
 Corda licet longe præsciscere: namq; morantes
 Martius ille æris rauci canor increpat, & vox
 Auditur fractos sonitus imitata tubarum,
 Tum trepidæ inter se coeunt, pennisq; coruscant,
 Spiculaq; exacuunt rostris, aptantq; lacertos:

Quomodo
 bella gerat

¶ Ecphrasis.

Nare, id est, uolare ad sydera celi per æstatem liquidam. i. serenam: & miraberi nubem obscuram. i. examē in nubis similitudinē trahi uento huc, illuc illas agitate, contēplator. i. tu cōtēplare, quia semper examina sic uolantia petūt aquas dulces, & tecta frondea. i. arbores in quibus confidat. Huc pro illic tu sparge sapes iussos ab apiarijs. sparge etiam meliphylla trita. i. citriaginem, & gramen ignobile cerinthæ. utraq; herba est apibus grata. & cie. i. cōcta tinnitus. i. sonus ex tintinabulis, & quate. i. concute circum cymbala matris. i. Cybeles matris deorū, cui sunt sacra. Ipsæ apes confidēt tunc sedibus medicatis. i. odoribus suffitis, & saporibus illitis, & ipsæ condent se. i. abscondēt se in sua intima cunabula. i. habitacula more suo. quia hoc est illis ingenitum natura. Sin pro sed si exierint apes ad pugna: & per parenthesis interponit, quia sæpe discordia incessit duobus regibus magno motu. i. rerū mutatione, continuo. i. statim licet longe. i. multo ante præsciscere animos vulgi. i. apum: & corda trepidantia. i. festinantia bello. Nāq; ille canor. i. cantus Marti æris rauci. i. sonus ab apibus factus in tubæ similitudinē expressus increpat illas morantes, ut tuba milites ignauos. et uox auditur imitata sonitos fractos tubarū. Tū ipsæ trepidæ. i. festinæ coeunt inter se. i. quasi ad aciem se preparāt. & coruscant pennis. i. uibrāt alas. & exacuunt spicula. i. aculeos rostris, et aptāt. i. parāt lacertos:

LIBER. IIII.

Et circa regem, atq; ipsa ad prætoria densæ
 Miscentur, magnisq; uocant clamoribus hostem:
 Ergo ubi uer noctæ sudum, camposq; patenteis,
 Erumpunt portis, concurritur: æthere in alto
 Fit sonitus, magnum mistæ glomerantur in orbem,
 Præcipitesq; cadunt: non densior aëre grando,
 Nec de concussa tantum pluit ilice glandis,
 Ipsi per medias acies insignibus alis,
 Ingentes animos angusto in pectore versant,
 Vique adeo obnixi non cedere, dum grauis aut hos,
 Aut hos uersa fuga uictor dare terga coëgit.
 Hi motus animorum, atq; hæc certamina tanta
 Pulueris exigui iactu compressa quiescent.
 Verum ubi ductores acie reuocaueris ambos:
 Deterior qui uisus, eum, ne prodigus obsit,
 Dede neci: melior uacua sine regnet in aula,
 Alter erit maculis auro squallentibus ardens

Rex aculeo caret.

Amplificatio.

al. quiescunt
 alias ambo

¶ Ecphrasis.

Et ipsæ densæ miscentur. i. glomerantur circum regem, atq; ad ipsa prætoria, quia prætorium domus regia est. & uocant hostem magnis clamoribus. i. petūt a rege pugnandi copiam. Ergo ubi. i. postq; noctæ sunt apes. i. adeptæ uersudum. i. serenam & campos patentes: erumpunt. i. cū impetu egrediuntur portis. concurritur. i. apes concurrunt in alto æthere. i. aëre. fit sonitus utrinq;: & apes mixtæ glomerantur. i. inuoluuntur in orbem, & cadunt præcipientes. i. in præceps. Grandio non densior apibus pluit aëre. Nec tantum glandis pluit, id est, cadit de ilice concussa. Et ipsi reges apum alis insignibus uersant animos ingentes in pectore angusto per acies, id est, inter acies medias, usque adeo obnixi non cedere hosti dum, id est, donec fuga grauis subegit aut hos, aut hos dare terga uersa fuga. i. in fugā. Hi motus animorum, id est, irarum, & hæc tanta certamina quiescent compressa iactu pulueris exigui ab apiario missi. Sed ubi. i. postquam reuocaueris acie ambos ductores. i. reges, illum dede neci, qui uisus fuerit deterior. i. minus bonus: ne ipse prodigus obsit, id est, noceat: & sine, id est, permittite ut melior regnet in aula uacua sine æmulo. Alter. i. unus ex illis duobus, id est, melior erit ardens, id est, splendens maculis squallentibus auro. (nam duo sunt genera)

(Nam duo sunt genera) hic melior, insignis & ore,
 Et rutilis clarus squamis: ille horridus alter
 Desidia, latamq; trahens inglorius aluum.
 Vt binæ regum facies, ita corpora gentis,
 Nāque aliæ turpes horrent, ceu puluere ab alto
 Cum venit, & sicco terram spuit ore viator
 Aridus; elucent aliæ, & fulgore coruscant
 Ardentes auro, & paribus lita corpora guttis;
 Hæc potior soboles, hinc cæli tempore certo
 Dulcīa mella premes; nec tantum dulcīa, quantum
 Et liquida, & durum Bacchi domitura saporem,
 At cum incerta volant, cœloq; examina ludunt,
 Contemnuntq; fauos, & frigida tecta relinquunt,
 Instabiles animos ludo prohibebis inani,
 Nec magnus prohibere labor: tu regibus alas
 Eripe: non illis quisquam cunctantibus altum
 Ire iter, aut castris audebit vellere signa,

Ald. plebis

Quomodo
 domi deti-
 nēdæ ne a-
 uolent.

¶ Ecphrasis.

Et hic insignis ore, et clarus maculis rutilis: et ille alter est horridus desidia. ignavia, et inglorius. i. nihil de gloria curans: trahens aluum latam: quod ipsum ignavia signum est. et per parentthesim interposuit. nam duo sunt genera, subaudi regum. et ut. i. quemadmodum binæ facies. i. duæ regum sunt: ita etiam corpora regum sunt binæ. Nāq; aliæ apes horrent. i. uidentur horridæ, et puluerulente, ceu cū uiator aridus uenit ab alto puluere itineris, qd per æstatē, et æstū fit: et spuit terram ore sicco, id est, sitibundo. Aliæ apes elucent, et coruscant. i. splendent fulgore. ardētes. i. splēdētes auro. et corpora sunt illis lita. i. maculosa, paribus. i. similib; guttis. Hæc soboles est potior. i. hoc apū genus est melius. et hinc. i. ab harū apū alueis tu premes certo tēpore dulcīa mella: nec tantū dulcīa, quātū liquida: et domitura sapore Bacchi in cōfectiōe mulsi. At cū examina uolāt incerta. i. modo incerto: et ludunt cælo, id est, in aère, et contēnunt fauos, et relinquunt tecta frigida: tu prohibebis ludo inani animos illarum instabiles: nec magnus labor est prohibere. tu eripe alas regibus: quia illis cunctantibus, id est, moram facientibus: quisquam, id est, aliqua ex apibus: non audebit ire altum iter, id est, per aërem: aut uellere signa castris, translatio est sumpta à militibus, eorūq; ducibus,

Inuitent croceis halantes floribus horti:
 Et custos furum, atq; auium cum falce saligna
 Hellepontiaci seruet tutela Priapi,
 Ipse thymum, pinosq; ferens de montibus altis
 Tecta serat late circum, cui talia curæ:
 Ipse labore manum duro terat, ipse feraces
 Figat humo plantas, & amicos irriget imbres.
 Atq; equidem, extremo ni iam sub fine laborum
 Vela traham; & terris festinem aduertere proram,
 Forsitan & pingues hortos quæ cura colendi
 Ornaret, canerem, biferiq; rosaria Pæsti,
 Quoq; modo potis gauderent intyba riuis,
 Et uirides apio ripæ, tortusq; per herbam
 Cresceret in uentrem cucumis: nec sera comantem
 Narcissum, aut flexi tacuisssem uimen achanti,
 Pallentesq; hederas, & amantes littora myrtos.

Ali. sero.

¶ Ecphrasis.

Horti halantes, id est, spirantes floribus croceis inuitent apes ad immahendum. et tutela Priapi, id est, ipse Priapus Hellepontiaci, id est, qui fuit ex Lampfaci urbe Helleponti, custos furum, atq; auium seruet cum falce saligna, id est, ex salice. Ipse, scilicet, Apiarius cui talia sunt curæ, ferens thymum, et pinos de montibus altis serat illas arbores circum tecta. scilicet, apum aluearia, et ipse terat manum labore duro, et ipse figat plantas feraces, id est, fertiles humo, et irriget imbres amicos. Atque equidem, id est, ego quidem ni pro nisi traham, id est, traherem uela sub extremo fine laborum, id est, huius operis, et festinem, id est, festinarem aduertere proram terris, id est, ad terram, forsitan canerem, quæ cura colendi ornaret hortos pingues, et rosaria Pæsti oppidi Calabriae: biferi, id est, bis in anno rosas procreantis, et canerem quomodo intyba herbae sunt gauderent potis riuis, id est, cum irrigarentur, et quomodo ripæ uirides apio gauderent, et quomodo cucumis intortus cresceret in uentrem per herbam, nec tacuisssem narcissum sero comantem, id est, florentem, nec tacuisssem uimen. i. hastam achanti. i. cardui flexi. i. flexibilis, et hederas pallentes, et myrtos amantes littora, scilicet, maris, quia frigora reformidant, et unde hæc mihi comperta sint, ut possim illa describere, ego nunc dicam.

GEORGICON

Namq; sub Oebaliae memini me turribus altis,
 Qua niger humectat flauentia culta Galefus,
 Corycium uidisse senem, cui pauca relicti
 Iugera ruris erant, nec fertilis illa iuuenctis,
 Nec pecori opportuna seges, nec commoda Baccho;
 Hic rarum tamen in dumis holus, albaq; circum
 Lilia, uerbenasq; premens, uescumq; papauer,
 Regum æquabat opes animis: seraq; reuertens
 Nocte domum, dapibus mensas onerabat inemptis,
 Primus uere rosam, atq; autumnno carpere poma:
 Et cum tristis hyems etiam nunc frigore saxa
 Rumperet, & glacie cursus frænaret aquarum,
 Ille comam mollis iam tum tondebat achanti,
 Aestatem increpitans seram, Zephyrosq; morantes,
 Ergo apibus foctis idem, atq; examine multo
 Primus abundare, spumantia cogere pressis

¶ Epiphraſis.

Nam memini me uidisse senem Corycium sub altis turribus Oebaliae. i. tarenti, cuius conditores fuerunt Lacones, qui duce Phalanto ex Lacedaemonia uenerunt, quae dicta est Oebalia, sed de qua Oebalia intelligat ostendit cum dicit, ea parte qua Galefus fluuius, qui tarentum abluit, niger umbris arborum humectat culta flauentia, id est, pulchra: cui seni iugera pauca ruris relicti, id est, sterilis & inculti erant, nec illa erat seges, id est, terra fertilis iuuenctis, nec opportuna pecori, id est, pascuis, nec erat commoda Baccho, id est, uino, tamen ille senex premens hic, id est, colligens in dumis, id est, in locis dumosis rarum olus, id est, preciosum, & alba lilia, & papauer uescum, id est, quo possunt homines uesci æquabat opes Regum animis, id est, animi magnitudine, & ille senex reuertens domum sera onerabat nocte mensas suas dapibus inemptis, id est, precio non comparatis, & ille senex carpere, pro carpebat primus rosam Vere, id est, Veris tempore, & carpebat poma Autumnno, & cum hyems tristis ab effectu etiã nunc pro adhuc rumperet saxa vi frigoris, et cum hyems frænaret i. constringeret cursus aquarum in glaciẽ conuersarum vi frigoris, ille senex tõeabat comã. i. carpebat frõdes achati mollis. i. cultiui, cū alias frutex spinosus sit. ille dico increpitãs æstatẽ serã et Zephyros morãtes. i. quasi reprehẽdes illorũ morã, quã ipse cura pucniebat. Ergo idẽ ille primũ abundare p abundabat apibus foctis. i. foctũdis et multo examine

Alias. etiam
annuum

LIBER III.

fo. lxxxij.

Mella fauis illi tiliæ, atq; uberrima pinus:
 Quotq; in flore nouo pomis se fertilis arbor
 Induerat, totidem autumnno matura tenebat,
 Ille etiam seras in uersum distulit ulmos,
 Eduramq; pyrum, & spinas iam pruna ferentes,
 Iamq; ministrantem platanum potantibus umbram,
 Verum hæc ipse equidem spatij exclusus iniquis
 Prætereo, atq; alijs post commemoranda relinquo,
 Nunc age naturas, apibus quas Iuppiter ipse
 Addidit, expediam: pro qua mercede canoros
 Curetum sonitus, crepitantiq; æra secutæ,
 Dictæo cæli regem pauere sub antro,
 Solæ communes natos, consortia tecta
 Urbis habent, magnisq; agitant sub legibus æuum:
 Et patriam solæ, & certos nouere penates:
 Venturæq; hyemis memores, æstate laborem

¶ Epiphraſis.

apũ, & cogere, id est, cogebat mella spumantia fauis expressis. Tiliæ arbores & pinus uberrima erant illi, cum alias sint steriles, & quot pomis arbor fertilis induerat se in flore nouo, id est, quo tempore floruit, totidem poma matura tenebat in Autumnno. Etiam ille senex distulit, id est, digessit in uersum, id est, ordinem ulmos seras, id est, sero prouenientes, & pyrum eduram, id est, materie durioris, & platanum ministrantem umbram potantibus, quia umbræ tantum gratia paratur. Verum, id est, sed ego ipse exclusus spatij iniquis, id est, prohibitus temporis angustia prætereo hæc, quæ, scilicet, ad hortorum pertinent curam, & relinquo commemoranda post alijs autoribus, quod opus Columella absoluit. Age, id est, eia ego expediam nunc, quas naturas, id est, mores ipse Iuppiter addidit apibus, p qua mercede, id est, precio ipse apes secutæ sonitus canoros, & æra crepitantia Curetum, populi fuerunt Cretæ, qui Iouem nutrierunt, pauere Regem cæli, id est, Iouem sub antro Dictæo, id est, Cretensi. Solæ omnium animantium numero habent natos communes, quos ex floribus procreant, & habent tecta urbis consortia. i. communia, & agitant æuum. i. uiuunt sub magnis legibus, & solæ apes nouerunt patriam, & certos penates, id est, domum, & ille memores hyemis uenturæ experiuntur, id est, exercent laborem æstate.

Ali. disci-
sus
Alias. me-
memorã-
da
Admiscet
fabulam.
Industriæ
descriptio.

Experiantur, & in medium quaesita reponunt,
 Namque aliae uictu inuigilant; & foedere pacto
 Exercentur agris: pars intra septa domorum
 Narcissi lacrymam, & lentum de cortice gluten
 Prima fauis ponunt fundamina; deinde tenaces
 Suspendunt ceras: aliae spem gentis adultos
 Educunt foetus: aliae purissima mella
 Stipant, & liquido distendunt nectare cellas,
 Sunt quibus ad portas cecidit custodia sorti,
 Inque uicem specularunt aquas, & nubila caeli:
 Aut onera accipiunt uenturum: aut agmine facto
 Ignauum fucos pecus a praesepibus arcent,
 Feruet opus: redolentque thymo fragrantia mella,
 Ac ueluti lentis Cyclopes fulmina massis
 Cum properant, alij taurinis follibus auras
 Accipiunt, redduntque: alij stridentia tingunt

Ali. lectu

fact.

Comparatio

tio

¶ Ecphrasis.

reponunt, id est, seruant quaesita, id est, labore parata in medium, id est, in commune. Namque aliae apes inuigilant, id est, incumbunt uictu, pro uictu, & exercentur agris pacto foedere, hoc est, partitis inter se officijs, & pars illarum apum ponunt inter septa, id est, claustra domorum lacrymam, id est, gummi narcissi floris, & gluten lentum de cortice arborum. appositue. fundamina prima, id est, fundamenta fauis, unde apes incipiunt. Deinde apes suspendunt ceras tenaces, id est, glutinosas. Aliae educunt, id est, educant foetus adultos, id est, nouellas apes gentis illius. appositue. spem gentis, unde reficiuntur. Aliae stipant, id est, condensant mella purissima, & distendunt, id est, implent cellas nectare liquido, id est, melle. Sunt etiam quaedam apes, quibus custodia cecidit sorti, id est, in sortem, & specularunt aquas, id est, pluuias inuicem, & specularunt nubila caeli, aut accipiunt onera, id est, fascis florum apum uenturum, aut arcent a praesepibus, id est, alueis fucos. appositue. pecus ignauum, id est, iners atque inutile, & sic opus mellificationis feruet, & mella fragrantia, id est, bene olientia redolent thymo, & ponit comparationem dicens. Ac, id est, ueluti cum Cyclopes Vulcani operarij properant fulmina, id est, radios massis lentis, scilicet ferri. Alij ex Cyclopiibus accipiunt, & reddunt auras, id est, flatus follibus taurinis. i. excortio taurorum factis. Alij tingunt. i. temperant

Aera lacu, gemit impositis incudibus Aetna,
 Illi inter sese magna uibrachia tollunt
 In numerum, uersantque tenaci forcipe ferrum:
 Non aliter (si parua licet componere magnis)
 Cecropias innatus apes amor urget habendi,
 Munere quanquam suo, grandaeuis oppida curae,
 Et munire fauos, & Dædala fingere tecta:
 At fessae multa referunt se nocte minores,
 Crura thymo plenae: pascuntur & arbuta passim,
 Et glaucas salices, castiamque, crocum^{que} rubentem,
 Et pinguem tiliam & ferrugineos hyacinthos,
 Omnibus una quies operum: labor omnibus unus.
 Mane ruunt portis, nusquam mora: rursus easdem
 Vesper ubi e pastu tandem decedere campis
 Admonuit, tum tecta petunt, tum corpora curant,
 Fit sonitus: mussantque oras, & limina circum,

All. antrū
 His uersiculis utitur
 & in. vij.
 Aeneidos.

vacua melle est.

¶ Ecphrasis.

lacu aquae aera stridentia, id est, quae cum tinguntur strident, & ita Aetna mons Siciliae gemit incudibus positus. Illi Cyclopes tollunt cum malleis brachia inter sese in numerum, id est, in ordinem, id est, faciunt magna uibrachia, id est, magnis uiribus, & uersant ferrum forcipe tenaci, id est, qua ferrum tenetur. Non aliter amor innatus habendi urget, id est, impellit & instigat apes cecropias, id est, himettias, quaeque, inquam, urget suo munere. i. officio: quae comparatio est inter diuersa dicta, si licet componere. i. comparare parua magnis. Et grandaeuis apibus est curae munire. i. stabilire oppida, id est, alueos, & fingere tecta Dædala, id est, ingeniosa. Sed apes minores fessae referunt se domum multa nocte. s. praeterita & exacta, plenae crura. i. habentes crura plena thymo. Praeterea pascuntur passim arbuta, id est, flores arbuteos, & salices glaucas. i. uirides, & castiam fruticem odoratum, & crocos flores rubentes, & pascuntur tiliam arborem pinguem, & hyacinthos flores ferrugineos. i. purpureos. Vna quies. i. cessatio a laboribus est illis omnibus, et labor unus quoque, id est, communis est omnibus. Mane ruunt. i. erumpunt ex portis, et nusquam est illis mora. i. moratur, & rursus ubi uesper. i. Solis occasus admonuit easdem decedere ex campis et ex pastu: tunc petunt tecta. i. domos, & tunc curant. i. recreant corpora, fit sonitus inter illas, & mussant, id est, murmurant circum oras, & circum limina alueorum,

Post, ubi iam thalamis se composuere, siletur
 In noctem, fessosq; sopor suus occupat artus,
 Nec uero a stabulis pluuia impendente recedunt
 Longius, aut credunt coelo aduentantibus Euris:
 Sed circum tutae sub moenibus urbis aquantur,
 Excursusq; breues tentant: & saepe lapillos,
 Vt cymbae instabiles fluctu iactante saburram,
 Tollunt: his sese per inania nubila librant,
 Illum adeo placuisse apibus mirabere morem:
 Quod neq; concubitu indulgent, nec corpora segnes
 In Venerem soluunt: aut foetus nixibus edunt,
 Verum ipsae folijs natos, & suauibus herbis
 Ore legunt: ipsae regem paruosq; Quirites
 Sufficiunt, aulasq; & cerea regna refigunt,
 Saepe etiam duris errando in cotibus alas
 Attriuere, ultroq; animam sub fasce dedere:

Comparatio.

De ortu apum.

Alas. e folijs
 All. refigunt.

¶ Ecphrasis.

sed ubi, id est, postquam composuere se in thalamis, id est, in cubiculis dormitorijs, siletur, id est, omnes silent in noctem, & sopor suus, id est, proprius occupat artus, id est, soluuntur membra quiete. Nec uero recedunt a stabulis pluuia impendente, id est, cum propinquam esse sentiunt, aut credunt, id est, committunt se coelo longius ab alueo Euris aduentantibus, id est, appropinquantibus, sed ipsae apes tutae aquantur, id est, eunt ut aquam ferant circum sub moenibus, id est, alueis suis, et tentant tunc breues excursus, & saepe tollunt lapillos, & librant se, id est, suspendunt se per nubila inania his, id est, horum lapillorum pondere, ut i. sicut, nam comparatio est, cymbae. i. naues instabiles tollunt saburram, id est, el lastre fluctu iactante, id est, cum iactantur fluctibus. Tu o lector etiam mirabere illum morem placuisse apibus adeo, id est, ualde, quod nec indulgent, id est, dant operam concubitu pro concubitu, nec illae segnes, id est, pigrae soluuntur in Venerem, id est, coeunt, aut edunt, id est, pariunt foetus suos nixibus, id est, partu. Verum, id est, sed ipsae met legunt, id est, colligunt natos ex folijs, id est, floribus, & ex herbis suauibus, & ipsae sufficiunt, id est, substituunt Regem & Quirites, id est, ciues paruos, hoc est, filios, & refigunt, id est, fundant aulas, & regna cerea, id est, domos ex cera, saepe etiam apes attriuere alas in cotibus duris, id est, lapidibus, errando, id est, dum errant, & dedere animam ultro sub fasce, id est, sub onere,

Tantus amor florum, & generandi gloria mellis;
 Ergo ipsas quamuis angustus terminus aui
 Excipiat (neq; enim plus septima ducitur aestas)
 At genus immortale manet: multosq; per annos
 Stat fortuna domus: & aui numerantur auorum,
 Praeterea regem non sic Aegyptus, & ingens
 Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaspes
 Obseruant, rege incolumi, mens omnibus una est:
 Amisso, rupere fidem, constructaq; mella
 Diripuerunt ipsae, & crates soluere fauorum,
 Ille operum custos, illum admirantur, & omnes
 Circumstant fremitu denso, stipantq; frequentes,
 Et saepe attollunt humeris, & corpora bello
 Obiectant, pulchramq; petunt per uulnera mortem.
 His quidam signis, atq; haec exempla secuti,
 Esse apibus partem diuinæ mentis, & haustus

Alas. angusti
 Alludit ad frequentem mutationem imperiorum

¶ Ecphrasis.

tantus amor florum est illis, & tanta gloria mellis generandi. Quamuis ergo terminus aui angusti excipiat ipsas apes, at, id est, sed, genus, id est, species manet immortale, & per parenthesis interposuit, neque enim plus septima aestas .i. annus ducitur illis, id est, non uiuunt ultra septem annos, & fortuna domus stat per multos annos, id est, durat, & in ea familia aui auorum numerantur, id est, per successionem prolis fiunt immortales. Praeterea Aegyptus, & Lydia regio ingens, & Hydaspes Medus, id est, fluius Medorum, id est, ipsi Medii, & populi Parthorum non sic obseruant, id est, uenerantur Regem, ut apes. Rege incolumi eadem mens est omnibus, id est, durant in societate, & rege amisso, id est, mortuo rupere fidem, & diripuerunt mella constructa, id est, facta, & soluere crates, id est, contexturam fauorum. Ille Rex apum est custos operum, & admirantur apes illum, & omnes apes circumstant illum fremitu denso, id est, celebri, & ille frequentes stipant, id est, circumdant illum, & obiectant, id est, opponunt corpora sua bello, id est, in defensione sui regis, & petunt, id est, appetunt pulchram, id est, honestam mortem per uulnera, quae accipiunt. Itaque quidam his signis, & secuti haec exempla, id est, experimenta de apibus sumpta dixere partem mentis diuinæ, & haustus, id est, portiones

Vnde res
nascantur,
et occidat.

Ali. se con-
dere

Ali. augu-
stam

De eximē
do melle.

Al. haustu

Ali. Ora.
De castrā
dis alucari
bus.

Aetherios dixeret Deum nanq̄ ire per omnes
Terrasq̄, tractusq̄ maris, cælumq̄ profundum,
Hinc pecudes, armenta, uiros, genus omne ferarum,
Quenq̄ sibi tenuis nascentem arcessere uitas,
Scilicet huc reddi deinde, ac resoluta referri
Omnia: nec morti esse locum, sed uiua uolare
Syderis in numerum, atque alto succedere cælo,
Si quando sedem angustam, seruataq̄ mella
Theauris relines, prius haustus sparsus aquarum
Ore foue, fumosq̄ manu prætendesequaces,
Bis grauidos cogunt foetus, duo tempora messis:
Taygete simul os terris ostendit honestum
Pleias, & Oceani spretos pede reppulit amnes;
Aut eadem sydus fugiens ubi Piscis aquosi
Tristior hybernas cælo descendit in undas,
Illis ira modum supra est, læsæq̄ uenenum
Morsibus inspirant, & spicula cæca relinquunt

¶ Ecphrasis.

aethereos, id est, caelestes esse apibus, quod ex eo sunt opinati, quod putabant Deum ire per omnes terras, & per omnes tractus maris, & per cælum profundum, id est, altum. Hinc, id est, ex Deo pecudes minora animalia, & armenta maiora, et uiros, & omne genus ferarum, & quemq̄ nascentem arcessere, id est, accipere sibi uitas, id est, animas tenues. Et scilicet, id est, certe reddi, id est, restitui deinde huc, id est, ad Deum, & omnia illa resoluta referri huc, id est, ad Deum, nec esse locum morti, quia nihil inde perit, sed illa uiua uolare in numerum syderis, & succedere alto cælo. Si quando tu relines, id est, recludes sedem angustam, id est, alueum apum, & mella seruata in theauris, tu sparsus, id est, spargens prius haustus aquarum ore tuo foue, id est, recrea illas, & prætende manu, id est, præterfer fumos sequaces, id est, qui illas sequuntur. Apes bis cogunt, id est, congregant foetus grauidos, id est, mella, & duo quoque esse debent tempora messis, id est, mellationis, scilicet, ubi Taygete, quæ una est ex Pleiadibus, ostendit terris os honestum, id est, pulchrum, & cū reppulit pede amnes, id est, aquas Oceani spretos, id est, cū oritur Heliace, aut cū eadē, scilicet Taygete fugiēs sydus piscis aquosi descendit ex cælo tristior in undas hybernas, id est, occidit. Ira est illis, scilicet apibus supra modum, et illæ læsæ inspirant uenenum morsibus, et relinquunt spicula,

Affixa in uenis, animasq̄ in uulnere ponunt,
Sin duram metuis hyemem, parcesq̄ futuro,
Contusosq̄ animos, & res miserabere fractas,
At suffire thymo, cerasq̄ recidere inanes
Quis dubitet: nam sæpe fauos ignotus adedit
Stellio, & lucifugis congesta cubilia blattis,
Immunisq̄ sedens aliena ad pubula fucus,
Aut asper crabro imparibus se immiscuit armis,
Aut durum tineæ genus, aut inuisa Mineruæ
In foribus laxos suspendit aranea casses,
Quo magis exhaustæ fuerint, hoc acrius omnes
Incumbent generis lapsi sarcire ruinas,
Complebunt foros, & floribus horrea texent.
Si uero (quoniam casus apibus quoq̄ nostros
Vita tulit) tristi languebunt corpora morbo
(Quod iam non dubijs poteris cognoscere signis:)

¶ Ecphrasis.

id est, aculeos affixa in uenis, & ponunt animas, id est, uitas in uulnere. Sin, id est, sed si tu metues hyemem duram, & parces futuro, id est, abstinebis à mellatione timore difficultatis futuræ hyemis, & miserabere animos illarum contusos, id est, debilitatos, & res illarum fractas, id est, diminutas, quis dubitet? aut suffire illas thymo, id est, suffimento refocillare, aut recidere ceras inanes & araneosas. Nam stellio, bestiola est, ignotus, qui plerumq̄ latet sæpe adedit, id est, consumit fauos, & cubilia congesta, id est, plena blattis, id est, tineis lucifugis, id est, quæ in tenebris gaudent, & lucem fugiunt, & fucus immunis, id est, ignauus, & qui nihil operatur sedens ad pubula aliena, id est, à se non laborata, aut crabro asper similis est uespæ miscuit se illis, scilicet apibus armis imparibus, aut genus dirum tineæ, aut aranea suspendit in foribus casses laxos, id est, retia rara, quo, id est, in quantum apes magis fuerint exhaustæ, id est, exinuitæ melle, hoc acrius, id est, in tantum diligentius incumbent, id est, si uidebunt sarcire, id est, reficere ruinas generis, id est, gentis suæ, & complebunt foros, id est, spacia aluei, & texent omnia floribus, id est, ex illa florum materia restituent omnia. Si uero apes languebunt morbo tristi, & per parenthesim interposuit, quoniam uita tulit, id est, dedit apibus nostros casus, id est, morbos nostris similes, quod, id est, quæ rē, scilicet, morbos apū tu poteris cognoscere certis signis, scilicet, his quæ sequuntur, & suspendit sententiam usq̄ ad illum locum. Hinc iam galbanos.

Alas. Si.

Stellio est,
Cretus est
loco dacty-
li.

Ali. dirum

Ali. Sin.

GEORGICON.

Continuo est ægris alius color; horrida uultum
 Deformat macies; tum corpora luce carentum
 Exportant tectis, & tristia funera ducunt:
 Aut illæ pedibus connexæ ad limina pendent:
 Aut intus clausis cunctantur in ædibus omnes,
 Ignauæq; fame, & contracto frigore pigræ.
 Tum sonus auditur grauior, tractimq; susurrant,
 Frigidus ut quondam syluis immurmurat Auster,
 Ut mare sollicitum stridet refluentibus undis,
 Aestuât ut clausis rapidus fornacibus ignis.
 Hic iam galbaneos suadebo incendere odores,
 Mellaq; arundineis inferre canalibus ultro
 Hortantem, & fessas ad pabula nota uocantem,
 Proderit & tonsum gallæ admiscere saporem,
 Arentesq; rosas, aut igni pinguis multo
 Defruta, uel Psythia passos de uite racemos:

¶ Euphrasis.

Alius color, id est, diuersus est illis continuo, id est, statim ægris, id est, ægrotantibus, & macies horrida, id est, horrorem induens deformat uultum. Tunc etiam exportant tectis corpora apum carentum luce, id est, mortuarum, & ducunt funera tristia, aut illæ apes connexæ pedibus in uia similitudinem pendent ad limina alueorum, aut omnes cunctantur intus in ædibus clausis, ignauæ frigore & fame, id est, non laborantes, & contracto frigore pigræ, id est, propter frigus quod contraxerunt. Tum etiam sonus grauior auditur in alueis, & susurrant apes tractim, id est, certo tempore, & ponit comparationes tres, ut Hauster frigidus per hyemem immurmurat quondam in syluis, & ut mare sollicitum, id est, perturbatum stridet undis fluentibus, & refluentibus, & ut ignis rapidus aestuat, id est, resonat fornacibus clausis, id est, ipse inclusus fornacibus. his uisis signis ego suadebo, te iam incendere odores galbancos. i. ex galbano, quod est genus gummi, & suadebo inferre ultro mella, scilicet, in alueum canalibus arundineis, id est, factis ex arundine, te dico hortantem apes, & uocantem illas fessas ad pabula, id est, cibos notos, id est, consuetos. Proderit etiam apibus miscere saporem gallæ tonsum, id est, illius tonsæ, & rosas arentes, aut defruta. i. uina decocta pinguis. i. spissata multo igni, uel racemos passos de uite Psythia, q̄ dulces habet uas,

LIBER III.

fo, lxxxvi.

Cecropiumq; thymum, & graue olentia centaurea,
 Est etiam flos in pratis, cui nomen amello
 Fecere agricolæ, facilis quærentibus herba:
 Nanq; uno ingentem tollit de cespite syluam:
 Aureus ipse, sed in folijs, quæ plurima circum
 Funduntur, uiolæ subluet purpura nigræ.
 Sæpe Deum nexis ornata torquibus aræ,
 Asper in ore sapor: tonsis in uallibus illum
 Pastores, & curua legunt prope flumina Mellæ,
 Huius odorato radices incoque Baccho:
 Pabulaq; in foribus plenis appone canistris:
 Sed si quem proies subito defecerit omnis,
 Nec genus unde nouæ stirpis reuocetur, habebit:
 Tempus & arcadij memoranda inuenta magistri
 Pandere, quoq; modo cæsis iam sæpe iuencis
 Insyncerus apes tulerit cruor: altius omnem
 Expediam prima repetens ab origine famam,
 Nam qua Pellæi gens fortunata Canopi

Alias. ex
 ponit

¶ Euphrasis.

& thymum cecropium, id est, hinetium, & centaurea herbas notas olentia grauior, flos est etiam in pratis, cui etiam agricolæ fecere nomen amello, id est, qui amelbus dicitur, herba facilis quærentibus, & ponit signa, quibus cognosci possit. Nam tollit ingentem syluam de uno cespite, id est, caule. Ipse flos aureus, sed in folijs, quæ plurima funduntur circum stipitem, purpura uiolæ nigræ subluet, id est, habet ferrugineum colorem, ex quo flore aræ Deum, id est, Deorum ornatae sunt torquibus, id est, sertis nexis, sapor est asper illi. Pastores legunt, id est, colligunt ipsum in uallibus, & prope flumina curua Mellæ fluminis Gallie. Incoque radices huius herbe in Baccho, id est, uino odorato. i. odorifero. & appone pabula ex his radicibus in foribus aluei canistris plenis eo cibo. Sed si omnis ples apū subito defecerit quæ. i. aliquæ apiariū, neq; habebit unde gen⁹ nouæ stirpis reuocetur. i. renouetur, tēpus erit tū pandere. i. manifestare inuenta memoranda magistri Arcadie. i. Aristæi, & quomodo cruor insyncer⁹. i. impur⁹ tulerit. i. preauerit apes iuencis cæsis, ego expediā alti⁹. i. declarabo à principio omnē famā repetēs ab origine prima, et incipit. Nā ea parte, quæ gens fortunata ppter terræ fertilitatē Canopi urbis Aegypti, q̄ nūc est Damiatæ, Pellei. i. Alexandrini,

GEORGICON.

Accolit effuso stagnantem flumine Nilum,
 Et circum pictis uehitur sua rura phasellis,
 Quae pharetratae uicinia Persidis urget,
 Et uiridem Aegyptum nigra foecundat arena,
 Et diuersa ruens septem discurrit in ora,
 Vsq; coloratis amnis deuexus ab Indis,
 Omnis in hac certam regio iacit arte salutem,
 Exiguus primum, atq; ipsos contractus ad usus
 Eligitur locus: hunc angustiq; imbrice tecti,
 Parietibusq; premunt arcus: & quatuor addunt,
 Quatuor e uentis obliqua luce fenestras,
 Tum uitulus bima curuans iam cornua fronte
 Quæritur: geminae nares, & spiritus oris
 Multa reluctanti obstruitur: plagisq; perempto
 Tansa per integram soluuntur uiscera pellem,
 Sic positum in clauso relinquunt: & ramea costis
 Subijciunt fragmenta, thymum, casiasq; recentes,

Al. uirētes

¶ Ecphrasis.

accolit, id est, habitat Nilum stagnantem flumine effuso, id est, redundante. & gens illa uehitur phasellis pictis, i. nauiculis circum sua rura, id est, agros, & ea parte, qua uicinia Persidis regionis pharetratae, id est, quae pharetris utitur urget bello Aegyptios, & amnis Nilus deuexus, id est, descendens usq; ab Indis coloratis, id est, nigris, et ruens, i. fluens discurrit in septem ora diuersa, id est, hostia, & foecundat Aegyptum uiridem harena nigra, id est, limosa & pingui, omnis regio illa iacit, id est, ponit certam salutem reparandi apes in hac arte, de qua sum dicturus. Primum locus exiguus, & contractus, id est, breuis eligitur ad ipsos usus, & premunt hunc locum imbrice, id est, tecto tecti angusti, & parietibus arcus, & addunt illis parietibus quatuor fenestras a quatuor uentis cardinalibus luce obliqua, id est, opposita. Tum uitulus curuans frontem in cornua bina quaeritur ad hoc, geminae nares & spiritus oris obstruitur, id est, clauditur huic iuuenco reluctanti multa, id est, multum, & illi perempto plagis uiscera tansa, i. uerberibus caesa soluuntur per pellem integram, i. pelle integra manente, & relinquunt illum iuuencom positum sic in loco illo clauso, & subijciunt costis illis fragmenta ramea, id est, ex ramis arborum, & thymum, & casias recentes,

LIBER III.

fo. lxxxvij.

Hoc geritur Zephyris primum impellentibus undas,
 Ante nouis rubeant quam prata coloribus, ante
 Garrula quam tignis nidum suspendat hirundo,
 Interea teneris tepesactus in ossibus humor
 Aestuat, & uisenda modis animalia miris,
 Trunca pedum primo, mox & stridentia pennis
 Miscentur, tenuemq; magis magis aëra carpunt;
 Donec, ut aestiuus effusus nubibus imber,
 Erupere: aut ut neruo pulsante sagittæ,
 Prima leues ineunt si quando praelia Parthi.
 Quis Deus hanc Musæ, quis nobis extudit artem?
 Vnde noua ingressus hominum experientia coepit
 Pastor Aristæus fugiens Peneia Tempe,
 Amissis (ut fama) apibus morboq; fameq;
 Tristis ad extremi sacrum caput astitit amnis,
 Multa querens, atq; hac affatus uoce parentem:

Al. p̄inis.
 Al. captat

Allus. qui.

¶ Ecphrasis.

Hoc geritur, id est, administratur. Zephyris uentis occidentalibus impellentibus undas, id est, flantibus, scilicet, mense Februarii, antequam prata rubeant nouis coloribus. & antea quam hirundo garrula suspendat nidum, id est, nidificet in tignis tectorum. Interea humor tepesactus aestuat, i. feruet in ossibus teneris, & tunc animalia uisenda miris modis trunca pedum, id est, sine pedibus, & mox stridentia pennis miscentur, & carpunt magis ac magis aëra tenuem, id est, per tenuem aërem uolant. Donec erupere, id est, cum impetu quodam prodire, ut, id est, tanquam imber effusus, id est, cadens ex nubibus astitus, id est, per tempus aestatis, uelut, id est, quemadmodum sagittæ crumpunt neruo, id est, arcu pulsante, si quando Parthi leues ineunt praelia, id est, in pugnam descendunt. O Musæ quis Deus extudit nobis, id est, inuenit, & inuentam reuelauit hanc artem, & unde, id est, a quo principio experientia hominum noua coepit ingressus, id est, habuit primos accessus, & narrat quemadmodum res gesta est. Aristæus pastor fugiens tempe Peneia, id est, loca Thessaliæ dicta sic a Peneo flumine, apibus amissis morbo, & fame (ut est fama) ipse tristis extitit ad sacrum caput, id est, ad fontem amnis extremi, id est, Penei fluminis querens multa, id est, multum, & affatus est parentem, id est, matrem hac uoce, scilicet:

Ali. á stirpe

Mater Cyrene; mater, quæ gurgitis huius
 Ima tenes; quid me præclara stirpe Deorum
 (Si modo, quem perhibes, pater est Tymbræus Apollo)
 Inuisum fatis genuisti; aut quot tibi nostri
 Pulsus amor; quid me cælum sperare iubebas?
 En etiam hunc ipsum uitæ mortalis honorem,
 Quem mihi uix frugum, & pecudum custodia solers
 Omnia tentanti extuderat, te matre relinquo.
 Quin age & ipsa manu felices erue sylvas:
 Fer stabulis inimicum ignem, atq; interfice messes:
 Vre sata; & ualidam in uites molire bipennem;
 Tanta meæ si te ceperunt tædia laudis.

Ali. pecorum

Ali. sentit
 Color Satyri
 ab opido Satyreo
 quod est iuxta tarētum.

At mater sonitum thalamo sub fluminis alti
 Sensit; eam circum Milesia uellera Nymphæ
 Carpebant, hyali Satyro fucata colore,
 Drymoq; Xanthoq; Ligeaq; Phyllodoceq;
 Cæsariem effusæ nitidam per candida colla,

¶ Ephrasis.

O mater Cyrene, quæ tenes ima, id est, profunda, huius gurgitis, quid genuisti inuisum fatis, & per parenthesis interposuit, si Apollo Tymbræus á loco Phrygiæ sic dictus est mihi pater, aut amor nostri quo est pulsus tibi id est, á te, quid iubebas me sperare cælum, id est, immortalitatē, en etiam te matre existente mea ego relinquo hunc ipsum honorem uitæ mortalis, id est, agriculturam & pastoralem, quem honorem frugum & pecudum custodia solers, id est, diligentia extuderat, id est, monstrarat mihi tentanti omnia. Quin age & tu ipsa erue, id est, euelle manu tua sylvas felices, id est, fertiles, & fer ignem inimicum stabulis, scilicet, pecorum, & interfice messes denegatis imbribus, cum sunt uirides, aut igni, cum sicca. Vre sata, & molire, id est, para bipennem, id est, securim ualidam in uites, si tanta tædia meæ laudis, id est, earum rerum, ex quibus mea laus pendet, ceperunt te. At Cyrene mater sensit sonitū uocis, scilicet, Aristæi sub thalamo alti gurgitis, id est, fluminis. Nymphæ circum eam carpebant, id est, nebant uellera Milesia á Mileto urbe Ionie, ubi lanæ purpura inficiebantur, fucata, id est, infecta colore satyro hyali, id est, uiridi, ac si dicat uiridi, qualis est color Nympharum, & ponit illarū Nympharū nomina, hoc est, Drymo.us. Xantho.us. et Ligea.ee. et Phyllodoce.ee. effuse Cæsariem, id est, habentes nitidam cæsariem effusam per colla candida.

Nesæe, Spiocq; Thaliaq; Cymodoceq;
 Cydippeq; & flaua Lycorias, altera uirgo,
 Altera tum primos Lucinæ experta labores:
 Clioq; & Beroe soror, Oceanitides ambæ,
 Ambæ auro, pictis incinctæ pellibus ambæ,
 Atq; Ephyre, atq; Opis, atq; Asia Deiopeia,
 Et tandem positis uelox Arethusa sagittis,
 Inter quas curam Clymene narrabat inanem
 Vulcani, Martisq; dolos, & dulcia furta:
 Atq; chao densos Diuum numerabat amores,
 Carmine quo captæ, dum fusis mollia pensa
 Deuoluunt, iterum maternas impulit aures
 Luctus Aristæi, uitreisq; sedilibus omnes
 Obstupuere: sed ante alias Arethusa sorores
 Prospiciens, summa flauum caput extulit unda,
 Et procul: O gemitu non frustra exterrita tanto,
 Cyrene soror; ipse tibi tua maxima cura

atque. Alias. & ut
 In Ephyre
 re extre-
 ma nō col-
 latur.
 Ali. curas
 Ali. inanes
 Ali. Vol-
 cani
 Atq; Ali-
 as. E que

¶ Ephrasis.

Præterea Nesæe.es. & Spio.us. & Thalia.e. & Cymodoce.es. & Cydippe.es. & Lycorias flaua, id est, flauas habens comas, altera, scilicet, Cydippe erat uirgo, et altera erat experta tunc primos labores Lucinæ, id est, primos partus, quia Lucina parturientibus præest, etiam erat illic Clio.us. & Beroe.es. soror illius ambæ Oceanitides, id est, Oceani Dei marini filie, ambæ incinctæ auro & pellibus, id est, habentes pelles incinctas fibula aurea, Ephyre. ephyres. & Opis. opis. & Deiopeia Asia, id est, ex Asia, & Arethusa uelox tanquam uenatrix sagittis tandem positis. Inter quas Clymene una ex Nympharum illarum numero narrabat quasi fabulam curam, id est, amorem inanem Vulcani, quia cum Veneream amaret, ab illa non redamabatur, & dulcia furta, scilicet Martis, atque numerabat, id est, narrabat amores densos, id est, frequentes Diuorum a chao, id est, mundi initio, quo carmine Nymphæ captæ dum deuoluunt, id est, torquent fusis pensa mollia, id est, subtilia, luctus Aristæi iterum impulit aures maternas, id est, Cyrenes, & omnes sorores obstupuere in sedibus uitreis, id est, liquidis, sed Arethusa ante alias sorores prospiciens quidam illud esset extulit, id est, leuauit caput flauum ex summa unda, & dixit: O soror Cyrene non frustra, id est, sine causa exterrita tanto gemitu.

Tristis Aristæus Penei genitoris ad undam
 Stat lacrymans, & te crudelem nomine dicit,
 Huic perculsa nota mentem formidine mater,
 Duc age, duc ad nos; fas illi limina Diuum
 Tangere, ait; simul alta iubet discedere late
 Flumina, qua iuuenis gressus inferret; at illum
 Curuata in montis faciem circumstetit unda,
 Accepitq; sinu uasto, misitq; sub annem,
 Iamq; domum mirans genitricis, humida regna,
 Speluncisq; lacus clausos, lucosq; sonantes,
 Ibat, & ingenti motu stupefactus aquarum,
 Omnia sub magna labentia flumina terra
 Spectabat diuersa locis, Phasimq; Lycumq;
 Et caput, unde altus primum se rupit Enipeus,
 Vnde pater Tyberinus, & unde Aniena fluenta;
 Saxosumq; sonans Hipanis, Mysusq; Caicus,

Alias. erū
 pit. sine ul
 la collisio-
 ne.

¶ Ecphrasis.

Ipsē Aristæus tristis. appositue. tua maxima cura stat ad undam Penei genitoris nostri, & lacrymans dicit te crudelem nomine. Hic, id est, tunc mater perculsa mentem noua formidine, quidnam illud esset ignorans, age, id est, eia duc illum ad nos, quia fas est illi tangere limina, id est, domos Diuorum, & simul hæc dicens iubet alta flumina discedere, id est, uiam apertre, ea parte, qua iuuenis inferret gressus, id est, ad matrem ingrederetur. At unda curuata in faciem, id est, similitudinem montis circumstetit illum, scilicet, Aristæum, & accepit illum in sinu uasto, & misit illum sub annem, & iam Aristæus ibat mirans domum genitricis, & pro, id est, regna humida, & lacus clausos speluncis, & lucos sonantes fluctuum, scilicet, incursum, & ille stupefactus motu ingenti aquarum spectabat flumina labentia in terra diuersa locis, id est, diuersis mundi partibus, & subdit flumina, quæ uidebat, scilicet, Phasim fluum Colchorum, & Lycum fluum Asiæ. & Enipeus fluius Thessaliæ altus unde primum erumpit, id est, emittit caput, & unde Tyberinus pater propter Romam, quam abluit, uenerabilis erumpit, & fluenta Aniena, id est, Anienis fluminis prope Romam unde erumpit, & Hipanis fluius Põti sonas saxosum, quæ inter saxa fluit, unde erumpit, & Caicus Mysus, id est, Mysie fluius unde erumpit.
 Et gemina

Et gemina auratus taurino cornua vultu
 Eridanus quo non alius per pingua culta
 In mare purpureum violentior influit amnis.
 Postquam est in thalami pendentia pumice tecta
 Peruentum, & nati fletus cognouit inanes
 Cyrene, manibus liquidos dant ordine fontes
 Germanæ, tonsisq; ferunt mantilia villis,
 Pars epulis onerant mensas, & plena reponunt
 Pocula, Panchæis adolefcunt ignibus aræ,
 Et mater, Cape Mæoniæ carchesia Bacchi,
 Oceano libemus, ait; simul ipsa precatur
 Oceanumq; patrem rerum Nymphasq; sorores,
 Centum quæ syluas, centum quæ flumina seruant,
 Ter liquido ardentem perfudit nectare Vestam;
 Ter flamma ad summum tecti subuecta reluxit,
 Omne quo firmans animum sic incipit ipsa:
 Est in Carpathio Neptuni gurgite vares

¶ Ecphrasis.

Et unde erumpat Eridanus Gallie Cisalpinæ fluius auratus cornua. i. habes gemina cornua aurata vultu taurino: quæ flumina cornuta à poetis finguntur. quo Eridano alius amnis uolentior non influit in mare purpureum. i. uigrum, hoc est Adriaticum per culta pingua, id est, per agros fertiles. postquam peruentum est in tecta thalami, ubi erat Cyrene, pendentia pumice, id est, lapide pumicoso. & Cyrene cognouit fletus nati inanes: Germanæ aut Cyrenes, aut Aristæi dant manibus fontes liquidos, id est, aquas, & ferunt mantilia uillis tonsis, id est, minutis. pars illarum onerant mensas epulis: & reponunt pocula plena, id est, pateras. & aræ adolefcunt ignibus, id est, odoribus Panchæis, id est, Arabicis, hoc est thure. & mater illius Cyrene ait, Cape o fili carchesia Bacchi Mæoniæ, id est, uini ex Lydiæ, & libemus Oceano, id est, Deo maris. Ipsa simul cum filio precatur Oceanum patrem rerum, ex quo omnia sunt procreata. & centum Nymphas sorores, quæ seruant syluas, & centum, quæ seruant flumina. deinde perfudit ter Vestam ardentem. i. ignem nectare. i. uino liquido. & flamma subuecta. i. sursum uecta ad summum tecti reluxit ter: quo omne. i. auspicio ipsa firmans animam incipit sic. Proteus uates Ceruleus. i. marinus est in gurgite Carpathio. i. Aegyptio mari Neptuni Dei

Cæruleus Proteus, magnum qui piscibus æquor,
 Et iuncto bipedum curru metitur equorum,
 Hic nunc Emathia portus, patriamq; reuifit
 Pallenem, hunc & Nymphæ veneramur, & ipse
 Grandæuus Nereus: nouit namq; omnia vates,
 Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur,
 Quippe ita Neptuno visum est; immania cuius
 Armenta, & turpes pascit sub gurgite phocas.
 Hic tibi nate prius vinculis capiendus, vt omnem
 Expediat morbi causam, euentusq; secundet.
 Nam sine vi non vlla dabit præcepta. neq; illum
 Orando flectes: vim duram: & vincula capto
 Tendet: doli circum hæc demum frangentur inanes.
 Ipsa ego te, medios cum Sol accenderit æstus,
 Cum situnt herbæ, & pecori iam gratior vmbra est,
 In secreta senis ducam, quo fessus ab vndis

¶ Ecphrasis.

maris: qui Proteus metitur, id est, pertransit magnum æquor piscibus: & curru iuncto equorum bipedum, id est, marinorum qui duos habent pedes. Hic Proteus reuifit nunc portus Emathia, id est, Thessalia, & Pallenem patriam urbem. Illic Nymphæ ueneramur hunc: & ipse Nereus grandæuus .i. maris deus antiquissim⁹: & hoc, quia ille Vates nouit omnia, quæ sunt præsentia, quæ fuerint præterita, et quæ uentura mox, id est, deinde trahantur, id est, futura sint. quippe. i. quoniã ita uisum est Neptuno, qui dedit illi diuinandi potestatem: cuius Neptuni armenta immania, id est, grandia cete: & phocas turpes. i. uitulos marinos magnos Ipse Proteus pascit sub gurgite. i. illorum est pastor. Sed o nate hic Proteus prius est capiendus uinculis tibi. i. a te: ut expediat tibi. i. exponat omnẽ causam morbi: & secundet. i. prosperos faciat euentus: qui secuturi sunt. nam ille nõ dabit ulla præcepta sine ui. i. nisi illi uim intuleris, nullum uolet dare responsum: nec flectes. i. mouebis illum orando. i. precibus: ideo tende illi uim & uincula dura. i. ferreas catenas: & sic doli illius inanes frangentur demum. i. uincuntur circum hæc uincula. Et ego ipsa ducã te in secreta senis. i. Protei: quo solet recipere se: cū sol ascenderit æstus medios. i. cū meridiẽs fuerit: & cū herbæ situnt propter Solis feruorẽ: & vmbra est gratior pecori quam pastus. secreta dico, quo, id est, in quæ ipse Proteus fessus

Se recipit: facile vt somno aggrediare iacentem,
 Verum vbi correptum manibus, vinculisq; tenebis,
 Tum varia eludent species, atq; ora ferarum,
 Fiet enim subito sus horridus, atraq; tigris,
 Squam mosusq; draco, & fulua ceruice læna:
 Aut acrem flammæ sonitum dabit, atq; ita vinculis
 Excidet: aut in aquas tenuis dilapsus abibit.
 Sed quanto ille magis formas se vertet in omnes,
 Tanto nate magis contende tenacia vincla:
 Donec talis erit mutato corpore, qualem
 Videris, incepto teegeret cum lumina somno.
 Hæc ait: & liquidum ambrosiæ diffudit odorem,
 Quo totum nati corpus perduxit, at illi
 Dulcis compositis spirauit crinibus aura:
 Atq; habilis membris venit vigor. Est specus ingens
 Exesi latere in montis, quo plurima vento
 Cogitur, inq; sinus scindit sese vnda reductos:

al. illudent

al. depro-
mit.
al. pfudit

¶ Ecphrasis.

recipit se. i. recipere solitus est se, & hoc tempus est magis opportunum, ut facile aggrediare illum iacentem, id est, dormientem. Verũ. i. sed vbi tenebis illum correptum. i. raptum primũ manibus deinde uinculis, tunc varia species, id est, formas & uaria ora ferarum eludet te. Nã subito fiet sus. i. porcus horridus. i. hispẽtus: atq; fiet tigris atra. i. nigra ad maiorem terrorem. quia alias tigres nigrae nõ sunt: & fiet etiam draco squamosus: & læna fulua ceruice. i. cernicis fuluæ ablatius pro genituo. aut dabit sonitum acrem flammæ. i. ignis: atq; ita excidet uinculis, quibus erit ligatus, aut abibit dilapsus in aquas tenues. Sed quanto magis ille uertet se in omnes formas, o nate tanto magis contende. i. preme uincla tenacia: donec erit talis mutato corpore illius in uarias figuras: qualem uideris, id est, uideãsti, cum teegeret lumina, id est, dormire inciperet somno incepto. Hæc ait Cyrene: & diffudit in uatum odorem liquidum ambrosiæ: quo perduxit, id est, unxit totum corpus nati. At aura dulcis spirauit illi Aristæo compositis crinibus. & uigor habilis venit membris, id est, in membra. Specus ingens est in latere montis exesi. i. concavi: quo, id est, in quem specum plurima unda cogitur, id est, compellitur a mari, & scindit se in sinus reductos, id est, refluentes,

GEORGICON.

Deprensus olim statio tutissima nautis,
 Intus se vasti Proteus tegit obijce saxi:
 Hic iuuenem in latebris auersum a lumine Nympha
 Collocat: ipsa procul nebulis obscura recessit.
 Jam rapidus torrens sitientes Sirius Indos
 Ardebat cælo, & medium Sol igneus orbem
 Hauserat: arebant herbe, & caua flumina siccis
 Faucibus ad limum radij tepefacta coquebant,
 Cum Proteus consueta petens e fluctibus antra
 Ibat: cum vasti circum gens humida ponti
 Exultans, rorem late dispergit amarum.
 Sternunt se somno diuerso in littore phocæ;
 Ipse (velut stabuli custos in montibus olim,
 Vesper ubi e pastu vitulos ad tecta reducit,
 Auditicq; lupos acuunt balatibus agni)
 Confedit scopulo medio, numerumq; recenset,
 Cuius Aristæo quoniam est oblata facultas,
 Vix defessa senem passus componere membra,

al. diuersæ

al. auditicq;

al. confidit

¶ Ecphrasis.

specus dico statio tutissima, id est, portus nautis deprensus tempestatibus olim, aliquando, Proteus tegit se intus in specu illo obijce. i. claustro saxi oppositi. Nympha collocat hic, pro illic iuuenem auersum a lumine in latebris, ne posset uideri. Ipsa uero Cyrene obscura nebulis recessit procul. i. Sirius stella. i. Canicula rapidus. i. uiolens, torrens Indos sitientes propter nimium calorem ardebat cælo, & Sol igneus hauserat medium orbem. i. erat iam meridies. herbe arebant. & radij solis coquebant flumina caua i. profunda tepefacta usq; ad limum faucibus siccis, cum. i. quo tempore Proteus petens antra consueta. i. in qua solitus erat se recipere, ibat ex fluctibus. i. ex mari. cui Proteo gens humida. i. pisces vasti ponti exultans dispergit late rorem amarum. i. falsum. phocæ. i. vituli marini sternunt se somno. i. dormiunt in littore diuerso. Ipse Proteus confedit in medio scopulo, et recenset numerum. i. numerat pisces: uelut custos stabuli. i. pastor armenti olim. i. aliquando, ubi. i. postquam uesper reduxit vitulos e pastu ad tecta audit lupos, quos agni acuunt, id est, ad famem incitant balatibus. cuius Protei quoniam facultas est oblata Aristæo extorquendi, s. quod optabat: uix passus senem Proteum componere ad somnum membra defessa.

LIBER. IIII.

Cum clamore ruit magno, manicisq; iacentem
 Occupat, ille suæ contra non immemor artis,
 Omnia transformat sese in miracula rerum,
 Ignem, horribilemq; feram, fluuiumq; liquentem,
 Verum ubi nulla fugam reperit fallacia, uictus
 In sese redit, atq; hominis tandem ore locutus:
 Nam quis te iuuenem confidentissime nostras
 Iussit adire domos? quid ue hinc petis? inquit, at ille,
 Scis Proteu, scis ipse: neq; est te fallere cuiquam:
 Sed tu desine uelle. Deum præcepta secuti
 Venimus huc, lapsis quæsitum oracula rebus,
 Tantum effatus: ad hæc uates ui deniq; multa
 Ardentes oculos intorsit lumine glauco,
 Et grauius frendens, sic fatis ora resoluit:
 Non te nullius exercent numinis iræ,
 Magna lues commissa: tibi has miserabilis Orpheus
 Haud quaquam ob meritum poenas (ni fata resistent)

al. loquutus est.

¶ Ecphrasis.

rui in illum, cum magno clamore, & occupat illum sic iacentem manicis. sed ille Proteus contra nitens, et non immemor artis suæ, qua poterat se in uarias effigies conuertere, transformat se in omnia miracula rerum. i. res miraculosas. s. in ignem, & feram horribilem, & fluuium liquentem. i. liquidum. Verum. i. sed ubi nulla fallacia reperit fugam: ille uictus redit in sese. i. in propriam figuram. & tandem locutus est ore hominis. i. sermone humano. O confidentissime iuuenem, quis nam iussit te adire nostras domos, uel quid petis hinc. i. a me. At ille Aristæus inquit, O Proteu scis ipse: neque enim est. i. contingit cuiquam fallere te, sed tu desine uelle, quia nos uenimus secuti præcepta Deorum quæsitum hinc, id est, a te oracula, id est responsa rebus fatis, id est, deperditis. & Aristæus tantum superiora effatus est, et tunc uates. i. Proteus vi multa intorsit oculos ardentes ad hæc. i. ad Aristæi uerba lumine glauco. i. uiridi, & frendens grauius resoluit ora fatis futuris sic. i. in modum sequentem. Nonnulla immo aliqua iræ numinis, id est, alicuius Dei læsi exercent te, id est, fatigant. Magna lues, id est, peccatum, quod est luendum, est commissa tibi, id est, a te. & Orpheus miserabilis propter coniugem amissam suscitatur, id est, mouet has poenas, sed haud quaquam, id est, non ob meritum, id est, non secundum peccati mensuram.

GEORGICON.

Suscitat; & rapta grauius pro coniuge saeuit.
 Illa quidem dum te fugeret per flumina praecipit,
 Immanem ante pedes hydrium moritura puella
 Seruantem ripas alta non uidit in herba.
 At chorus aequalis Dryadum clamore supremos
 Implerunt montes: fterunt Rodopeiae arces,
 Altaque Pangaea, & Rhœsi Mauortia tellus,
 Atque Getæ, atque Hebrus, atque Actias Orithyia,
 Ipse caua solans ægrum testudine amorem,
 Te dulcis coniux, te solo in littore secum,
 Te veniente die, te decedente canebat.
 Tænarias etiam fauces, alta ostia Ditis,
 Et caligantem nigra formidine lucum
 Ingressus, manescit adijt, regemque tremendum,
 Nesciaque humanis precibus mansuescere corda.
 At cantu commotæ Erebi de sedibus imis

al. & ut in
 Getæ nulla
 collisio fiat
 al. disceden
 te.

al. Ad can
 tum.

¶ Ecpheasis.

Orpheus saeuit grauius pro coniuge sua Eurydice rapta: & hoc nisi fata res
 sistunt. Illa quidem s. Eurydice dum praecipit fugeret te per flumina, id est, per flu
 minis ripas, illa, inquam, puella moritura non uidit ante pedes hydrium serpentem
 immanem seruantem, id est, tenentem ripas in herba alta. At chorus aequalis Drya
 dum, id est, sororum, & aequalium multitudo implerunt clamore supremos mon
 tes, & arces Rhodopeiae à Rhodope monte Thraciae, & Pangaea alta montes
 quoque sunt Thraciae, & tellus Mauortia Rhœsi, id est, Thracia, ubi Rhœsus re
 gnauit: atque Getæ, gens & regio Thraciae, atque Hebrus fluuius ibidem, & Orithyia
 Actias Erichthi regis Atheniensium filia, quam Boreas Thrax rapuit, omnia in
 quam hæc fleuerunt illam. & ipse Orpheus solans, i. consolans amorem ægrum, i.
 tristem testudine caua, i. lyra. o Eurydice coniux dulcis ipse canebat te secum in
 solo littore die ueniente & discedente. i. oriente & occidente. & præter superio
 ra quæ fecit, ingressus est fauces Tænarias à Tænario Laconiae promontorio, qua
 est ad inferos descensus: & ingressus est lucum caligantem, i. obscurum nigra for
 midine, & adijt manes, id est, inferos, & Plutonem Regem tremendum, quæ p id est cor
 da nescia mansuescere, i. placari precibus humanis, quia nemini parcunt. At, i. sed
 umbræ, i. aë tenues, i. incorporeæ ibant commotæ de sedibus imis Erebi, i. inferorum.

LIBER. IIII.

Fo. xcij.

Umbræ ibant tenues, simulacraque luce carentum,
 Quam multa in syluis auium se millia condunt,
 Vesper ubi, aut hybernus agit de montibus imber:
 Matres, atque uiri, defunctaque corpora uita
 Magnanimum heroum, pueri, innuptaque puellæ,
 Impositaque rogis iuuenes ante ora parentum,
 Quos circum limus niger, & deformis arundo
 Cocyti, tarda que palus inamabilis unda
 Alligat, & nouies Styx interfusa coerctet,
 Quin ipsæ stupuere domus, atque intima leti
 Tartara, cæruleosque implexæ crinibus angues
 Eumenides: tenuit inhians tria Cerberus ora:
 Atque Ixionei uento rota constititorbis.
 Iamque pedem referens casus euaserat omneis,
 Redditaque Eurydice superas ueniebat ad auras
 Pone sequens (namque hanc dederat Proserpina legem)
 Cum subita in cautum dementia cepit amantem,
 Ignoscenda quidem, scirent si ignoscere manes.

al. inuex

al. cantu

al. subito

¶ Ecpheasis.

Simulachra, i. imagines carenti luce, id est, quod umbræ ibant, quæ multa auium
 millia condunt se in folijs arborum, ubi uesper, i. hora uespere, et tina, aut imber hybernus
 agit aues illas de montibus, subaudi tam multa erant animarum millia, s. matres & uiri,
 & corpora defuncta uita, & pueri heroum magnanimum pro magnanimorum, &
 puellæ innuptæ, & iuuenes impositi rogis, i. ignibus ante ora parentum, quos limus
 niger, & arundo deformis Cocyti fluminis inferni, & palus inamabilis, aut inabi
 lis alligat circum, i. cingit unda tarda, & Styx interfusa nouies coerctet, i. cōtinet,
 quin et ipsæ domus, atque intima tartara leti, i. mortis uel Erebi, & Eumenides im
 plexæ angues cæruleos, i. nigros crinibus stupuerunt, i. attonitæ erant: & Cerberus
 inhians tenuit tria ora: & rota orbis Ixionei, i. in quo Ixion uoluitur, constitit uen
 to, i. cum uento. & iam Orpheus referens pedem, i. rediens ad superos euaserat omnes
 casus, & Eurydice reddita, i. restituta illi ueniebat ad superas auras sequens Or
 pheum pone, i. retro: namque Proserpina inferorum regina dederat hanc legem, ut
 retro sequeretur uirum: cum dementia subita cepit, i. decepit amantem incautum,
 dementia dico ignoscenda quidem, si manes, i. inferorum umbræ scirent ignoscere.

GEORGICON.

Resistit, Eurydicenq; suam iam luce sub ipsa
 Immemor heu, victusq; animi, respexit: ibi omnis
 Effusus labor, atq; immitis rupta tyranni
al. Auerni Fœdera, terq; fragor stagnis auditus Auernis,
est. Illa, Quis & me, inquit, miseram, & te perdidit Orpheus?
al. nutatia. Quis tantus furor: en iterum crudelia retro
 Fata vocant: conditq; natantia lumina somnus,
 Iamq; vale: feror ingenti circumdata nocte,
 Inualidatq; tibi tendens, heu non tua, palmas,
 Dixit: & ex oculis subito, ceu fumus in auras
 Commistus tenues fugit diuersa: neq; illum
 Prensantem nequicquam umbras, & multa volentem
 Dicere præterea vidit: nec portitor Orci
 Amplius obiectam passus transire paludem,
 Quid faceret: quo se rapta his coniuge ferret:
 Quo fletu manes, qua numina voce moueret:
 Illa quidem Stygia nabat iam frigida cymba:

¶ Ecphrasis.

Resistit. i. stetit: & immemor legis datæ, & victus animi propter amorè respexit
 suã Eurydicẽ iam sub ipsa luce. i. cũ parũ abesset, ut superos cõtingeret. omnis las
 bor præteritus ibi. i. tũc effusus. i. perditus est, & fœdera. i. leges tyranni immitis
 rupta sunt, & fragor. i. strepitus auerni inferorum stagnis auditus est ter. & illa
 Eurydice, inquit, o Orpheu: quis perdidit & me miserã & te: quis tantus furor. i.
 amor fuit iste tuus: en fata crudelia iterũ uocãt me retro. i. ad inferos, & somnus. i.
 mors somno similis cõdit. i. claudit lumina natãtia. i. læguida. Iam o coniux uale,
 nam feror circumdata nube ingenti. i. tenebris, tendens tibi ego iam non tua pal
 mas inualidas, uel quia muliebres, uel quia tunc nihil poterant. Dixit Eurydi
 ce uerba superius posita, & ipsa diuersa, id est, in diuersam partem abiens fu
 git subito ex oculis. ceu, id est, tanquam fumus cõmixtus, id est, euanesceus fu
 git in auras tenues. neque præterea, id est, amplius uidit illum prensantem um
 bras frustra: & uolentem dicere illi multa: nec portitor Orci, id est, Charon qui
 portorium exigit, passus est illum transire paludem obiectam, id est, oppositam.
 Quid faceret, id est, quid facere posset Orpheus: aut quo ferret se coniuge bis
 rapta: Illa quidem iam frigida, id est, mortua nabat. i. nauigabat in cymba Stygia.

LIBER. IIII.

Fo. xcij.

Septem illum totos perhibent ex ordine menses
 Rupe sub aëria, deserti ad Strymonis vndam
 Fleuisse, & gelidis hæc euoluisse sub antris,
 Mulcentem tigres, & agentem carmine quercus:
 Qualis populea moerens philomela sub vmbra
 Amissos queritur foetus: quos durus arator
 Obseruans nido implumes detraxit: at illa
 Flet noctem, ramoq; sedens miserabile carmen
 Integrat, & moestis late loca quæstibus implet,
 Nulla Venus, nulliq; animum flexere Hymenæi:
 Solus Hyporboreas glaciés, Tanaimq; niualem,
 Aruaq; Riphæis nunquam viduata pruinis
 Lustrabat: raptam Eurydicen atq; irrita Ditis
 Dona querens spretæ Ciconum quo munere matres
 Inter sacra Deum, nocturnaq; Orgia Bacchi
 Discerptum latos iuuenem sparsere per agros.

¶ Ecphrasis.

perhibent. i. poëtæ narrant illum Orpheum fleuisse totos septem menses ex ordi
 ne sub rupe aëria. i. alta ad undã Strymonis gelidi & deserti. hic fluuius est Thra
 cia: ubi frequentabat Orpheus. & perhibent illum mulcentem tigres, & trahen
 tem ad se quercus carmine. i. uocis suauitate euoluisse hæc, id est, repetisse canendo
 sub antris gelidis, qualis philomela moerens sub umbra populea, id est, populũ
 arboris queritur. i. est, conqueritur foetus, id est, pullos suos amissos: quos arator
 durus obseruans in nido detraxit illos implumes ex nido. At illa philomela flet
 noctem totam: & in ramo arboris sedens integrat, id est, renouat, & ab integro
 repetit carmen miserabile, & implet late loca quæstibus, id est, quæ relictis mœsiis,
 id est, tristibus. Nulla Venus, id est, libido, & nulli Hymenæi flexerunt animũ illius
 in amorẽ, solus. i. nemine comitat? lustrabat glaciés Hyperboreas. i. septentrionales
 a montibus Hyperboreis, & Tanaim fluuium Scythicum niualem. i. frigidum, &
 arua nũq; uiduata. i. spoliata pruinis Riphæis. i. septentrionalit? a Riphæis quoq;
 mōtib; querens Eurydicen raptã et dona irrita. i. uana ditis. i. Plutonis. quo mu
 nere. i. quo Orphei officio matres Ciconũ, q sũt Thraciæ populũ, spretæ, qã nullã
 uoluit ducere uxorẽ. sparsere iuuenem discerptũ. i. dilaceratũ per agros latos: &
 hoc fecerũt inter sacra Deũ pro Deorũ, & inter nocturna Orgia. i. sacra Bacchi.

ali. Fleffe
 sibi
 antris ali
 astris

al. non ulli

ali. spretæ
 al. nocturn
 niq;

GEOR GICON.

Tum quoq; marmorea caput a ceruice reuulsum
Gurgite cum medio portans Oeagrius Hebrus
Volueret, Eurydicen vox ipsa, & frigida lingua,
Ah miseram Eurydicen, anima fugiente vocabat:
Eurydicen toto referebant fluminæ ripæ.

Hæc Proteus: & se iactu dedit æquor in altum;
Qua; dedit spumantem undam sub vertice torsit,
At non Cyrene: namq; vltro affata timentem;
Nate licet tristeis animo deponere curas,
Hæc omnis morbi causa, hinc miserabile nymphæ,
Cum quibus illa choros lucis agitabat in altis,
Exitium misere apibus, tu munere supplex
Tende petens pacem, & faciles venerare Napæas;
Namque dabunt veniam votis, irasq; remittent,
Sed modus orandi qui sit, prius ordine dicam,
Quattuor eximios præstanti corpore tauros,
Qui tibi nunc viridis depascunt summa Lycæi,
Delige, & intacta totidem ceruice iuuenças,

at. eximio
præstâtes.
al. intactas

¶ Ecphtasis.

Tum quoq; anima fugiente uocabat Eurydicen, & ripæ referebant, id est, reso-
nabant Eurydicen toto flumine, cum Hebrus Oeagrius fluius est Thraciæ uol-
ueret caput reuulsum a ceruice marmorea, id est, pulchra, portans illud in medio
gurgite. Hæc Proteus subaudi locutus est: & dedit se iactu in altum æquor: &
ea parte qua dedit se, torsit undam spumantem sub uertice. At non Cyrene ma-
ter Arystæi dedit se iactu in æquor, nam affata est vltro Arystæum timentem.
O nate licet tibi deponere animo curas tristes: quia hæc est omnis causa morbi, &
hinc. i. ex hac causa Nymphæ miserunt apibus exitium miserabile, i. mortē. Nym-
phæ dico, cum quibus ille agitabat choros in altis lucis. i. syluis sacris. ideo tu sup-
plex petens pacem. i. ueniam a Nymphis tēde illis munera. i. sacrificia: & uenera-
re Napæas. i. Nymphas faciles. i. exorabiles. quia dabunt ueniam, & remittēt iras
uotis, id est, ad uota tua. sed ego dicam tibi prius, qui modus sit orandi. Deli-
ge, id est, de alijs elige tibi quattuor eximios tauros corpore præstanti. septimus
est casus pro genitiuo: qui depascunt tibi nunc summa Lycæi uiridis montis Arca-
diæ. & delige totidem iuuenças intacta ceruice, id est, ceruicis non passæ iugum,

LIBER. IIII.

Fo. xciiij.

Quattuor his aras alta ad delubra Deartum
Constituæ, & sacrum iugulis demitte cruorem,
Corpora que ipsa bouum frondoso desere luco,
Post ubi nona suos Aurora ostenderit ortus,
Inferias Orphei Lethæa papauera mittes,
Et nigram maestabis ouem, lucumq; reuises:
Placatam Eurydicen vitula venerabere cæsa.
Haud mora: continuo matris præcepta faceffit:
Ad delubra venit, monstratas excitat aras:
Quattuor eximios præstanti corpore tauros
Ducit, & intacta totidem ceruice iuuenças.
Post ubi nona suos Aurora induxerat ortus,
Inferias Orphei mittit, lucumq; reuisit.
Hic uero subitum, ac dictu mirabile monstrum
Aspiciunt: liquefacta bouum per viscera, toto
Stridere apes utero, & ruptis efferruere costis,
Immensasq; trahi nubes; iamq; arbore summa
Confluere, & lentis vnam demittere ramis.

¶ Ecphtasis.

& constituæ his. s. tauris & iuuençis quattuor aras ad alta delubra Deartū. i. Nym-
pharū, & demitte ex iugulis cruorē sacrū. & desere corpora boū. i. taurorū, &
iuuençorū in luco frōdoso. i. arboribus pleno. post ubi. i. quādo nona aurora ostēde-
rit suos ortus: mittes Orphei. i. Orphea Inferias. s. papauera Lethæa. i. somnos &
obliuionē inducētia, quia Lethæa obliuio interpretatur: & maestabis ouē nigrā, & re-
uises. i. iterū uisitabis lucū, et uenabere Eurydicē illi uxorē uitula cæsa. i. illi sacrifi-
cata. Haud mora. s. sit, continuo. i. statim faceffit præcepta matris, uenit ad delubra. i.
tēpla. excitat. i. erigit aras monstratas. i. a matre dictas. Et ducit ad aras quattuor exi-
mios tauros corpore præstanti, & totidē iuuenças intactæ ceruicis. post ubi nona au-
roræ. i. dies nonus induxerat suos ortus. i. ortus est mittit inferias Orphei. i. Or-
phea, & reuisit lucū. Hic uero. i. tūc aspiciunt Arystæus, atq; illius comites mon-
strū. i. miraculū subitū, et mirabile dictu: hoc est apes stridere toto utero per ulsce-
ra bouum liquefacta. i. corrupta: & efferruere ruptis costis, id est, per costarum in-
terualla. & nubes examinū immensas trahi per aërem: & lā cōfluere. i. cōsidere in
summa arbore, & demitte vnam ex ramis lentis. i. examē in vna modū pēdentis.

GEORGICON.

Hæc super aruorum cultu pecorumq; canebam,
Et super arboribus, Cæsar dum magnus ad altum
Fulminat Euphraten bello: victorq; volenteis
Per populos dat iura, viamq; affectat Olympo,
Illo Vergilium me tempore dulcis alebat
Parthenope, studijs florentem ignobilis otii,
Carmina qui lusi pastorum, audaxq; iuuenta
Tityre te patule cecini sub tegmine fagi.

¶ Ecphrasis.

*Ego dicit Vergilius operi finem imponens, canebam hæc super cultu aruorum,
& pecorum, & super arboribus: dum magnus Cæsar Augustus fulminat bello. i.
quasi fulmina mittens gerit bellum ad altum Euphraten fluvium Mesopotamie:
& ille victor dat iura per populos uolentes: quia libenter illi parent: & affectat. i.
parat uiam Olympo. i. in cælum. illo tempore, quo hæc canebam, dulcis Parthenope. i.
Neapolis ciuitas Italiae alebat me Vergiliū florētē studijs otii p otij ignobilis. i.
quod facit homines obscuros, sed hoc ad inuidiam fugiendā dicit. qui ego lusi car
mina pastorum, id est, bucolica: & idem audax iuuenta o Tityre ego cecini te sub
tegmine fagi patule, quod fuit bucolicorum initium.*

¶ Publij Vergilij Maronis Mantuani
Partheniæ Libri Quarti & vlti
tini Georgicon finis.

APVD INCLYTAM GRANATAM.
A N N O. M. D. XLV.